QVÆSTIONES
AGITATÆ INTER
THOMISTAS
ET
MOLINISTAS.

Modo resolutæ Scholastico, & rhytmicis versibus decantatæ.

Authore P. F. ALEXANDRO PINY, *Ordinis FF. Prædicatorum, S. Theologiæ Bacalaureo & Professore.*

LVGDVNI,
Apud Viduam IACOBI CARTERON, in platea FF. Prædicatorum.

M. DC. LXVI.
Cum Permissione & Approbatione.

CLARISSIMO
AC MERITISSIMO D. D.
HONORATO CAIRE
IVRIS VTRIVSQVE
DOCTORI,
SEDIS APOSTOLICÆ
PROTONOTARIO,
Ac Cathedralis Ecclesiæ Massiliensis
ARCHIDIACONO
DIGNISSIMO.

QVI magno feruntur Pelago pauidi nautæ, ARCHIDIACONE MERITISSIME, *placidam auram imprecati, fixa cælo sydera*

respiciunt; terrâ amissâ tenent cælum; erratica vero sydera sequi fugiunt. En rate mentis fragili in altum vehor Prædestinationis, & Gratiæ Pelagus, surgentibus albescens mysteriorum cumulis, in quo (quia quantalibet quisquis virtute proficiat, quantalibet scientia excrescat, quo nos conditor moderamine iudiciorum regit, penetrare non sufficit) ipsæ etiam cæli columnæ, sancti scilicet Angeli & summi Ecclesiæ Doctores pauent & contremiscunt. Qua propter & te sydus, & sydus tuum, non equidem erraticum

sed

ſed militantis Eccleſiæ cælo defixum, ſollicita indagine ducem inſequor, vt inter Syllæ latratus & Charibdis murmur, inter creſpantes argumentorum vndas & minantium contentionis ventorum rabiem, placidâ gratiæ tuæ aurâ benignè flante, poſſim vndãtes ſpumas fæliciter torquere. Velociſſimi namquè ſyderis more omnia inuiſis, omnia audis, & vndecumque impoſterum inuocandus velut numen es aſtiturus. Annorum maturitatem in te voluit anteuertere morum grauitas, vt nulli grauis, omnibus vtilis, ſo-

lo, cæloque pretiosus Archidiaconatus in Ecclesia Majori dignitatem illustrares, & tam amabili virtutum splendore toti urbi aspectabilis fieres. Præclara sanè CLARISSIME DOMINE, *illa animi tui indoles, hilaritas diffusa, morum suauitas, innata munificentia, semperque proficua liberalitas, quibus quasi voluntatum magnetibus amorem reuerentem spectabili quadam, humanissimaque majestate rapis, & cunctorum animos funiculis charitatis suauiter & fortiter allicis, subjicis & excordas. Nul-*

la

la te res minorem facit, qui nec metu frangeris nec mutaris potestate, non extolleris prosperis, non aduersis obrueris, vno verbo perturbationis es nescius. Virtute fortunam exuperans humilia nec despicis quidem, media retines, & illud omne quod in omnibus virtutibus excelsum est anhelas. Nec immerito: debuit namque virtute luce ita fulgere, qui non quasi sub modio latens & fumigans, sed supra montem positus, & supra candelabrum ad Archidiaconatus dignitatem euectus, constitutus est Domini

dispensator fidelis. Iure ergo optimo meas in profundiora Theologiæ arcana lucubrationes patrocinio tui nominis illustrare quæro, vt qui proficis ætate & sapientia, incerta & occulta sapientiæ manifestes; & tuo fulti labores mei patrocinio gratiam ineant, lucem commodent, securitatem vendicent, & (quod imprimis opto) teipso vt fortunatissimo mæcenate nanciscantur. Ita futurum sperat

DOMINATIONIS TVÆ

Humillimus & addictissimus servus
F. ALEXANDER PINY,
Ordinis FF. Prædicatorum.

PRÆFATIO
AMICO LECTORI.

PRIVSQVAM ad harum quas pertractavi quęstionum lectionem accedas, amice Lector, placuit de quibusdam te admonere, quæ fortè animum tuum ancipitem reddere possent. Scito igitur quod vbi de quæstionibus inter Thomistas & Molinistas disputatis agitur, ibi agi intelligendum est de re graui, nec quæstiones illas futiles anxiè versari, quot leo pilos in vertice, quot plumas accipiter habet in cauda, vt Echinus proram frænat, vt adamas ferrum trahit, vt phænix aromatico igne consumitur? sed illas potius, quibus ad veram fælicitatem gradibus

quibus gratiarum adminiculis, & quorum meritis pervenitur?

Porrò ſtudui brevitati, vt labori parcerem tuo, tum vt faſtidium quod eſt in ſtudioſis delicatiſſimum levarem? vtcumque. Multa quippe quæ in aliis redundant, & ſua nimietate officiunt amputavi, imitatus Chymiſtas, qui ex mixtis corporibus quæ ſunt exquiſitiſſima, reiectis inutilibus excrementis, ſeligere vulgo amant. Odi enim vitioſam aliquorum abundantiam, quæ non doctos faciat ſed ſimulet, animoſque vbi diù vexaverit, prius ac magis atterat ac debilitet quam acuat. Nec rarò ſanè contingit, vt cum illud profuſum ac redundans philoſophandi genus preſſeris, nihil ſolidi fere quidquam exprimas.

Quam tamen ſequor brevitatem, hæc vt ſpero nihil quidquam lucis detrahet; cum in eâ cuiuslibet reſolutæ quæſtionis rationes, ſeu probationes ad formam ſillogiſti-

cam redactas habeas, nec non rationes, sive obiectiones adversas, earumque vt plurimum cõfutationes. Neque vero etiam in eâ desiderabis pugnantium inter se,& discrepantium opinionum intelligentiam; cum nè membris mutilam, aut oculis carentem prolem ederem, ita brevitatem sectatus sim, vt nihil scitu dignum quod sciam, omnino intactum prætermiserim, & vbique, quantum res patitur, rebus obscurioribus perspicuitatem affundere quam maximè conatus sim. An autem quem mihi proposui scopum, vere & ex animi sententiâ attigerim, aliorum erit iudicium. Dedi quoque operam vt quælibet resolutio variis rationibus, hisque selectioribus probetur, præcipuaque sententiæ oppositæ fundamenta conuellantur. Interim te monitum velim, me nolle cum adversariis affectu & voluntate, sed ratione & intellectu tantum contendere; vnde si fortè quidpiam in huius

huius operis progressu excidat, quod notam aliquã inurere videatur, id pro adversæ sententiæ non erit vsurpandum, sed tantum pro illatione vi argumentorum extortâ.

Quænam verò in quæstionibus Theologicis rhytmicis versibus decantandis consilii nostri ratio fuerit, dico me variis de causis ad hoc inductum fuisse. Primo quidem vt carmine sanctissimo præceptori D. Thomæ familiari, quo etiam sanctissimum Eucharistiæ Mysterium decantavit, studendi tædium releuares. Cumque, vt asserit D. Augustinus lib. 15. de Trinit. cap. 6. ad memoriam firmandam multum conducant cantica (*quorum seriem memoriter reddimus*) erunt præterea hi rhytmi instar localis, vel artificialis memoriæ, vt & promptè, faciliter ac delectabiliter tam celebres materias percurramus, & percurrendo ac pronuntiando frequentius Thesauro memoriæ recondamus. Addo quod cum ad pascendum

pascendum quoque affectum plurimum valere cantica vel cantus, David testis sit apertissimus, qui & quoque cecinit, *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ*; Et rhytmicum carmen admirabilis dilectionis & variarum virtutum motus excitare experiatur, Qui Rhytmos de Christi Domini Passione, Natiuitate &c. à D. Bernardo compositos legit, hac etiam de causa vt versus istos conderem vbi abundè omnia gratiæ, & prædestinationis, quæ simul sunt orationis & contemplationis Mysteria pertractantur, animum eò libentius aplicaui.

Nec alienum esse à viro Theologo sacra Mysteria metro concludere (si tamen sententiæ integritas, & verborum proprietas illibata permaneant) innumera exempla suppeditant. Paulinus namque, Prudentius, & Prosper res sacras & Theologicas modo præfato frequenter pertractarunt: & Orientis sydus fulgentissimum Gregorius

Nazian

Nazianzenus integram fere Theologiam de Deo, Triade, Angelis, mundi creatione, virtutibus & vitiis, Christi Domini œconomiâ ejusdemque sacramentis, post de iisdem rebus soluto sermone tractatus absolutissimos, sub carminibus eleganter adstrinxit, & ad scribendos versus ita aplicavit animum, vt ad summam 30. millium ascendisse testetur Hieronimus.

Cæterum stilo vtor minimè gravi aut oratorio, sed admodum plano atque scholastico, & rebus difficilioribus explicandis magis accommodato. Sentio ego & semper sensi grādiores, aut difficiliores res ornatè, aut cum verborum strepitu dicere puerile esse atque ineptum; Neque hæc adventitia verborum ornamenta, rebus nisi infimis quæ nihil ex se commendationis habent, essē necessaria. Quod si adhuc fastidiosus occurrat, cuius palato nostra hæc cibaria minus arrideant, aut qui ex Iudeorum more

& imitatione, animam ſuam nauſeare dicat ſuper cibo iſto leviſſimo, ille certè nihil aliud audiet ex me, quam illud Hieronimi Epiſt. 5. ſeu apologiâ ad Pammachium c.8. *Aut profer meliores epulas, & me conviva vtere, aut qualicunque noſtra cœnulâ contentus eſto.*

INDEX

INDEX QVÆSTIONVM.

Quæst.

APPROBATIONES.

LEGIMVS librum, cujus titulus est: *Quæstiones agitatæ inter Thomistas, & Molinistas, &c. Authore* P.F. ALEXANDRO PINY, *Ordinis Prædicatorum*: In quo nihil Fidei adversum, nihil bonis moribus dissonum agnovimus : immò omnia doctrinæ, quæ ad salutem movet, quæque virtutis Gratiæ & Naturæ summas refert leges consona ; sed &, quinque Iansenistarum damnatas propositiones referens, easdem damnat, probatque meritò fuisse ab Ecclesia damnatas : nobisque visus est laudandus, quod cum materia, quam continet, de Gratiæ auxiliis, & Gloriæ assecutione, deque Dei Scientia, ejusdemque decretis, in Scholis omnium sit, ob difficultates intricatissima, ita vt solutâ oratione,& selectioribus elocutionis verbis ægrè solvi possit, arte Poëtica, Scholasticis exercitationibus ignota, rythmicis in eodem versibus extricetur, quolibetque versu, quælibet proposita soluta appareat difficultas, eò solidius, nitidiusque, quo strictius dignoscuntur artis versisse leges Quapropter typis mandari debere existimavimus. Nos Doctores Sorbonici infrascripti. Lugduni die 22. Martii, annorum 1666.

ARROY, Doctor Sorbonicus & Ecclesiæ Lugd. Ecclesiastes.

F. IOANNES ROBE', Ordinis Prædicatorum.

APPROBATIO.

VERSIBVS his-ce rhytmicis quibus eruditè prorſus, & jucundè F. ALEXANDER PINY, Sacræ Theologiæ Bacalaureus & Ordinis FF. Prædicatorum Profeſſor, *Agitatas Quaſtiones Thomiſtas inter & Moliniſtas expreſſit*, ita fides & ratio quadrant, vt is auctoris perſpicacitas, & orthodoxa mens plurimum indè commendentur. Datum Lugduni die 25. Martij 1666.

MORANGE Domus, ac Societatis Sorbonicæ Doctor.

IN AVTHOREM.

SOlvit Alexander *Gorgonia vincula cultro,*
Solvit & his rithmis, *Ianseniana* Piny.
Dic fecisse primum fortè, sed clavus ab isto
Nodus Alexandro *cernitur esse* Piny.

Et Sancita Papæ servant Oracula rithmæ,
Hoc Thomista probat, nec Molinista negat,
Ista probare placet fidei conformia Scripta,
Mentibus & sanis, crede placebit opus.

F. HVGO NOE' MARCHAND,
Doctor Parisiensis Ord. Præd.
Vicarius Convent. Sabaudiæ.

PERMISSIONES.

VISA Doctorum Approbatione Librum cui titulus: *Quæstiones agitatæ inter Thomistas & Molinistas Authore* P. F. ALEXANDRO PINY, typis mandari permittimus pro Rege, Viduæ IACOBI CARTERON. Datum Lugduni 26. Martii, anno 1666.

GAILLIAD.

PErmittitur secundum conclusiones Procuratoris Regis. Datum Lugd. 26. Martii anno 1666.

DE SEVE.

QVÆST.

QVÆSTIO
PRIMA,

Vtrum Deus omnibus & singulis peccatoribus, siue reprobis actu & de facto communicet auxilia ad salutem sufficientia?

AD hoc plenè resoluendum
Hoc vnum est supponendũ,
Quòd istud auxilium
Deus volens nos salvare
Est ex se paratus dare
Ad salutem omnium.

Ex S. Thom. 3. contra gent. c. 159.

Si namque omnem hortatur
Vt ad Deum conuertatur,
Et ad pœnitentiam;
Si affectu salvatoris
Non vult mortem peccatoris
Sed magis vult veniam:

Ex Epist. 2. B. Petri cap. 3.

Quis non videt, hæc præfata
Verba fore ſimulata
Aut fore irriſoria;
Si non ſit Deus paratus
Ad hæc, ad quæ eſt hortatus
Tribuenda auxilia?

Matth. c. 23.

Si pluries & vocare
Voluit & congregare
Ieruſalem filios,
Sicut blanda & benigna
Sub alis pullos gallina
Congregauit proprios:

Qua frontè dicta proferret,
Et hoc exemplum afferret;
Si non præparauerit
Quæ ſufficere dicuntur,
Sicque ſi non conuertuntur
Per ipſos non ſteterit?

2. Ad Cor. c. 5.

Si Demum Chriſtus (dictante
Hoc patre, eique mandante)
Mortuus eſt pro omnibus;
Vt mors morte moreretur
Et vitam promereretur
Mortuis hominibus:

Cur

Cur morti se tradidisset,
Et sanguinem effudisset
Pro mundi ægritudine,
Si quibus viuificaret
Auxilia non pararet
Quæ meruit sanguine?

Hoc igitur præmittamus,
Et pro certo supponamus,
Quod istud auxilium
Deus volens nos saluare
Est ex se paratus dare
Pro salute omnium:

Ita quod cunctis daretur,
Nec vlli denegaretur
Si minime accideret,
Quod homo gratiæ dandæ
Aut potius denegandæ
Obstaculum poneret.

Vnde quod est inquirendum,
Quodque restat resoluendum
Est, an detur omnibus
Et actu communicetur,
Neque tantum præparetur
Gratia hæc hominibus.

Resolutio. Affirmarunt Molinistæ,
Quod saniori Thomistæ
Negarunt sententiâ,
Vt iam iam sunt ostensura
Ratio, Patres, Scriptura.
Pro hac militantia.

Probatur 1. non omnibus actu communicari auxilium sufficiens. Primò namque rationem
Quæ probat effusionem
Gratiæ in singulos,
Quis nescit communem fore
Aduersariorum ore
Etiam in paruulos?

Ratio assumpti. Cum velint quod effundatur
Et præsertim tribuatur
Præfata hæc gratia,
Quia licet affirmare,
Deum velle omnes salvare
Ex Pauli sententiâ:

Subsumo. Sed nobis est concedendum
Et pro certo supponendum,
Quod omnibus paruulis
Illa non communicatur;
Ergo nec de facto datur
Hominibus singulis.

Scio

Scio quidem reſponſuros,
Et vna voce dicturos,
Quod parvulis gratia
Eſt ex parte Dei data;
Cum eſſet communicata,
Niſi obſtarent alia.

Reſpondent aduerſarii.

Sed miror eos audere
Nobis ita reſpondere,
Nec animaduertere,
Se taliter reſpondentes
Huic eſſe conſentientes
Quod nolunt admittere.

Refutatur 1. prædicta Reſponſio.

Nam ſi cunctis ſolùm detur
Gratia, quia daretur
Niſi obſtarent alia:
Ergo, cum iam ſupponatur
Quod obſtaculum ponatur,
Non ſic datur gratia.

Rurſum quod res diſponantur
Vt parvuli impediantur,
Ne illam recipiant;
Quæro nùm Deo volente
Quin imo & diſponente
Hæc ita eueniant?

Refutatur 2.

Ex D. Thom. Quodlib. 12. art. 5.

Cum ad hoc præordinentur,
Atque prædeterminentur
Casus contingentium,
Sitque & vniuersi rector
Et visibilium factor
Ac inuisibilium :

Subsumo.

At nequit verificari,
Hoc ex parte Dei dari
De facto & actualiter,
Si à Deo disponatur
Quod obstaculum ponatur
Vt contingat aliter :

Ergo malè respondetur
Quod ex parte Dei detur
Hæc parvulis gratia ;
Ex eo quod esset data
Et actu communicata
Nisi obstarent alia.

Ad hoc autem quid dicturi,
Quid ad hoc sunt responsuri,

D. Prosper ad c. 21. Gallorum

Quando ab infidelibus,
Discent fidem destinatam.
Nondum tamen prædicatam
Cunctis terræ partibus ?

Si namque & ad virtutem,
Et ſingulorum ſalutem
Fides ſic exigitur,
Quod, & humanæ ſalutis,
Et iuſtitiæ & virtutis
Initium dicitur:

Ex Concil. Trident. Seſſ.6.c.8.

Quo iure poteſt licere
Commune cunctis docere
Prædictum auxilium,
Dum pluribus & virtutis
Et iuſtitiæ, & ſalutis
Defuit initium?

Reſpondent fuiſſe data,
Et cunctis communicata
Remota auxilia,
Quibus, ſi vſi fuiſſent,
Deus per quæ credidiſſent
Tribuiſſet alia.

Reſpondetur.

Sed amabo recordentur,
Quod, ſi infidelibus dentur
Prædicta auxilia,
Illi qui non audierunt
Nec audire potuerunt
Peccabunt malitiâ:

Impugnatur Reſponſio aduerſariorum.

Subſumo D. Aug. Epiſt 105. D. Thom. 22. qu. 10. art. 1.

At patres aſſeruere,
Quod hi, qui non audiere,
Quæ expedit diſcere,
Non propterea culpantur
(Etſi infideles dicantur)
Quaſi nolint credere:

Ergo non fuere data
Nec cunctis communicata
Remota auxilia,
Quibus, ſi vſi fuiſſent,
Deus per quæ crediſſent
Tribuiſſet alia.

Probatur 3.

Iam vero hoc idem probemus,
Et mortali demonſtremus
Peccato fidelium,
Propter quod hi ius amittunt,
Quotieſcumque committunt,
Ad gloriæ præmium.

Quæro namque, cur debetur
Quod cunctis communicetur
Hominibus gratia,
Niſi quia Deo dante,
Diſponente & ordinante,
His debetur gloria?

Atqui

Atqui mortali peccato, *Subſumo.*
A fideli perpetrato
Ius illud amittitur
Quo gloria debebatur,
In quantum qui hoc culpatur,
A Deo auertitur:

Ergo peccato præmiſſo,
Etſi à fideli commiſſo
Non debetur gratia;
Cum ſi ad finem jus amittis,
Quia peccatum committis
Amittas ad media.

Quod ſi dicas, ob peccatum *Reſpondent aduerſarii.*
Huic à quo eſt perpetratum
Hanc fore indebitam;
Si tamen hæc requiratur,
Ad hæc ad quæ obligatur
Eſſe iure debitam.

Ergo contra veritatem, *Impugnatur prædicta Reſponſio.*
Contra Pauli authoritatem
Iam non erit gratia;
Cum taliter Reſpondendo
Hæc abſolutè loquendo
Detur ex iuſtitiâ.

Hanc enim dicis deberi,
Nobiſque ex iure præberi,
Si ſemel exigitur
Ad hæc ad quæ obligamur,
Et ad quædam teneamur
Ad quæ hæc requiritur:

Subſumo. Atqui nedum ſupponendo,
Sed abſolutè loquendo
Pro certo aſſerimus,
Nos ad plurima teneri
Ad quæ, vt poſſint haberi
Gratiam exigimus:

Ergo ita Reſpondendo,
Hæc abſolutè loquendo
Datur ex Iuſtitia,
Sicque contra veritatem
Contra Pauli authoritatem
Iam non erit gratia;

Sicque quamtumuis peccantes,
Quantumuis præuaricantes,
Non miſericordiæ
Noſtram debemus ſalutem,
Si gratiam ad virtutem
Debemus iuſtitiæ;

Sicque

Sicque non à redemptore,
Sed à iusto provisore
Accipimus gratiam;
Cum (& si non redemisset)
Illam Deus tribuisset
Secundum Iustitiam.

O immemor! ô ingrata!
Insana, non Deo grata
Vana Philosophia!
Quæ vt merito spernenda,
Sic nec amplius dicenda
Sacra Theologia.

Attende ad Augustinum
Quem fecit lumen diuinum.
Solem inter lumina,
Qui gratiâ redimentis,
Et hoc ipso miserentis
Vult deleri crimina;

Probatur 4. authoritatibus.

D. Aug. Epist. 105.

Qui, qua homo est liberatus,
Postquam est præuaricatus,
Veram dicit gratiam
Si indebita dicatur,
Nec velis quod tribuatur
Secundum Iustitiam;

Idem ibidem.

Epiſt.107. ad vitalem.

Qui vult hoc fide teneri,
Et quemvis id profiteri
Aduerſus Pelagium:
Gratia non cunctis datur,
Sed pluribus denegatur,
Per iuſtum iudicium.

Sermone de Verbis Domini.

Qui dicit quod obſtinatus,
Obduratus, excæcatus,
Cum volet non poterit,
Eo quod per malum velle,
Aut per continuum nolle,
Bonum poſſe amiſerit.

Sed Thomam iam audiamus,
Oraculum conſulamus,
Totius Eccleſiæ,

Quæſt.24. de veritate art. 15.

Qui ſolam naturam dicit
Communem, & contradicit
Aduerſæ ſententiæ.

12. Quæſt. 30 art. 3.

Qui vult non ſemper fuiſſe
Legem hanc, nec debuiſſe,
Quia lex eſt gratiæ,
Addens gratiâ aſſiſtendum,
Sibi prius relinquendum,
In ſignum inopiæ:

Qui

Qui vult, quod quæ ad virtutem,
Et ſpiritalem ſalutem
Pertinere dicimus
Non fuerint ſemper data,
Quia ad gratiam relata
Talia ſupponimus:

Ibidem ad 3.

Qui quibus gratia datur,
Dicit quod communicatur,
Ex miſericordia;
Quibus autem denegatur
Cum peccatum ſupponatur,
Hoc eſt ex Iuſtitia:

2. 2. Quæſt. 2. art. 5.

Qui vult quod corripiatur
Homo, ſi non impleatur
Quod ei præcipitur:
Quia niſi neglexiſſet
Hic gratiam accepiſſet
Quæ tunc non tribuitur.

Quæſt. 24 de veritate art. 24. ad 2.

At numquid & his ſubſcribit
Tridentinum, dum proſcribit
Dictum, in quo inquiunt,
Quo fructum redemptionis
Fructum Chriſti paſſionis
Singuli recipiunt?

Concil. Trident. Seſſ. 6. c. 3.

Nam

Nam quid hoc percipiendum,
Quid hoc fructu intelligendum,
Nisi Christi gratia;
Qua habitâ aut habendâ
Pro salute adipiscenda,
Est sufficientia?

Subsumo. Atqui hunc ex Tridentino,
Vt ex Thoma, & Augustino
Non omnes recipiunt:
Hanc Ergo singulis dari,
Et cunctis communicari
Gratiam, non sentiunt.

Sess. 6. c. 11. De Natura & grat. c. 26. Sed addo dum Tridentinum
Negauit post Augustinum
Quod deserat gratia,
Qui semel iustificatur,
Nisi prius deseratur,
Ab eo iustitia?

Numquid ineptè hæc dixisset
Si minime sentiisset,
Quod quandoque tollitur
Hæc gratia à peccatore,
Et à Dei desertore
Quandoque subtrahitur?

At

At numquid hoc confirmauit,
Dum hæreſeos damnauit
Noua conſtitutio;
Eos qui aſſeruere,
Quod & iuſti caruere
Gratiæ auxilio.

Innoc. X. in 1. ex 5. propoſitionibus.

Si namque, non de iniuſtis
Damnat, ſed ſolum de iuſtis
Eorum ſententiam,
Quis non videt reieciſſe
Partem hanc, & admiſiſſe
Ac probaſſe aliam?

Sed in confirmationem
Deducamus rationem
Ab experientia:
Pro quo quæ hic agitatur,
Peto quod definiatur
Sufficiens gratia.

Probatur 5. ratione deducta ab experientia.

Numquid quâ mens illuſtratur,
Et voluntas excitatur
Gratiam definiunt;
Et cui mente illuſtratâ
Et voluntate excitatâ
Si velint conſentiunt?

Sed

Subſumo. Sed multi experiuntur,
Quod multoties vincuntur
Peccati libidine,
Qui nec illuſtrationem
Habent, neque motionem,
Pro vitando crimine:

Ratio ſubſumpti. Cum toties blaſphemantes,
Ad iram ſe prouocantes
Blaſphemia vomerint,
Qui nedum non ſentierunt,
Sed ne quidem aduerterunt
Vtrum blaſphemauerint;

Alia ratio. Cum, eum ſic excitari,
Qui dicitur gloriari
In iniquitatibus
Sit ita à vero alienum,
Vt ſit potius cor plenum
Contrariis motibus;

Alia ratio ex Pſal. 18. Cum ab occultis mundandus
Dauid ipſe atque purgandus
Fuerit criminibus:
Quod minimè diceretur,
Si crimen præcederetur
Illuſtrationibus:

Numquid

Numquid ergo & denegatur
Multis quibus præparatur
Sufficiens gratia:
Cum per quid definiatur,
Quod denegati probatur
Ab experientiâ.

Nec recurrant ad orandi,
Siue (vt aiunt) impetrandi
Ac petenti gratiam,
Qua quiuis, ad obtinendum,
Moueatur ad petendum
Hanc sufficientiam.

Respondet aliqui recurrendo ad gratiã orandi, quam dicunt communem & communicatam esse omnibus.

Quemvis enim sic moueri.
Quis quæso audebit fateri;
Dum Athæi fuerint,
Qui Deum non orauere,
Quia ad hoc non valuere
Cum Deum negauerint:

Refutatur prædicta responsio.

Cum tot olim peccatores,
Vt idolorum cultores
Toties peccauerint,
Nec quem orare deberent,
Vt gratiam obtinerent
Verum Deum noverint:

Alia ratio assumpti.

Cum

Alia ratio. Cum olim Epicuræi,
Sicut hodie Athæi
Deum non orauerint,
Nedum quia noluerunt,
Sed quia non ſentierunt
Quod Deo indignerint:

Alia ratio. Cum demùm vires naturæ
Sufficere creaturæ
Sequaces Pelagii
Toties aſſeverarint,
Sicque neceſſum negarint
Gratiæ auxilii:

Ergo Neque impetrandi,
Implorandi, vel orandi
Communis eſt gratia;
Cum ex dictis colligatur,
Quod non omnis moveatur
Ad petenda auxilia.

Obiiciunt 3. At contra hæc inſurgentes,
Et impugnare nitentes
Dicunt aduerſarii,
Quod, quot ferè ſunt doctores;
Tot eorum defenſores
Nobis hic contrarii.

Sed

Sed en tibi quo adducuntur,
En tibi ad quod reducuntur
Qui nobis diſſentiunt,
Dum pondere rationis
Huius noſtræ opinionis,
Se obrui ſentiunt:

Oſtenditur futilitas obiectionis.

Quaſi vero numerando,
Non ratione probando
Demonſtretur veritas,
Aut numero defenſorum
Non qualitate doctorum
Fundetur auctoritas.

Sed qui ſic philoſophantur,
Vt ſuo confodiantur
Hic aperto gladio:
Do illis quod tenendorum
Fiat pars maior doctorum
Sufficiens ratio:

Retorquetur obiectio.

Atqui Vaſquez profitetur,
Et ingenuè fatetur,
Quod nobiſcum ſentiunt
Quicumque Auguſtinianum
Dogma, non Molinianum
Sequuntur & capiunt:

Subſumo ex Vaſquesio. Auth. Societ. 12. Diſp. 193. c. 4.

Sed

Ergo ſi ſit tenendorum,
Pars illa maior dictorum
Sufficiens ratio,
Cum non tot Moliniani,
Quot ſunt Auguſtiniani
Vera eſt hæc opinio.

Obiiciunt Addunt quod omnem naſcentem,
2. Ioan. 1. In hunc mundum venientem
Creator illuminat,
Iſaya 55. Omneſque ad aquas vocari,
Matt. 22. Ad nuptias inuitari
Libenter determinat;

Subſu- Atqui non illuminaret,
munt. Nec niſi fictè inuitaret
Ad aquas & nuptias,
Si quibus mens illuſtratur,
Et voluntas excitatur
Denegaret gratias:

Nullus ergo in mundo habetur,
Cui non communicetur
Sufficiens gratia;
Cum ſolum verificetur,
Quod hic ex ſcriptura habetur
Hac ſufficientiâ.

Ad

Ad hoc ergo reſpondetur,
Quod cùm ibi reputetur
Quis in mundum veniens,
Dum eſt non creatione
Sed fidei infuſione
Eccleſiam introïens;

Soluitur obiectio ex D. Thom. ſuper c. 1. Ioann. Lect. 5. qui pro ſe citat Origenem.

Non niſi falſo inferetur,
Quod quiuis illuminetur
A Deo per gratiam,
Cum à nemine dicatur,
Quod omnis ingrediatur
Per fidem Eccleſiam.

Quod autem omnes vocentur,
Quod ſinguli inuitentur
Ad aquas, & nuptias;
Hinc oblatas & paratas,
Non tamen actu collatas
Colligimus gratias.

Sed aiunt : ſi & virtutis
Capaces, atque ſalutis
Sumus quamdiù viuimus:
Numquid hanc ſufficientem
Capaces conſtituentem
Gratiam recipimus?

Obiiciunt 5.

Ad

Respondetur,

Ad hoc ergo eſt exponendum,
Quid & quantum requirendum,
Vt poſſint hunc dicere
Capacem eſſe virtutis,
Nec extra viam ſalutis,
Sed intra exiſtere.

Pro quo dico opus non eſſe,
Actu gratiam adeſſe,
Sed ad hoc ſufficere,
Quod homo à Creatore,
Vt ſolito prouiſore
Hanc poſſit recipere.

Si namque iuſtificatus,
In gratiâ confirmatus
Damnari adhuc potuit,
Quia hanc Deo permittente
Et more ſolito agente
Amittere valuit:

Numquid & potens dicetur
(Etſi gratiâ privetur)
Salutem aquirere,
Qui illam à Creatore,
Vt ſolito prouiſore
Valebit recipere.

Sed

Sed Quæro ab arguente,
Quid ſentit de decedente
In matris viſceribus
Qui non potuit renaſci,
Et ſi deberet hic naſci
Ex piis parentibus:

Confirmatur adducta reſponſio.

Num ſit in via ſalutis,
Ac diuinæ ſeruitutis
Capax ille fuerit;
Eo quod Deo volente
Et more ſolito agente
Renaſci potuerit:

Numquid ergo arguentis
Nobis hoc obiicientis
Ora puer obſtruit,
Qui gratiâ non adeptâ,
Nec de futuro acceptâ
Salvari adhuc potuit?

Vrgent: ſi deficiente
Gratiâ ſufficiente,
Eſt tunc impotentia,
Vt præceptum impleatur,
Numquid, ſi quis arguitur
Fiet iniuſtitia.

Obiiciunt 4.

Non

Reſpondetur ex Aug. de Corrept. & grat. c. 11.

Non : Reſpondet Auguſtinus,
Cum defectus hic ad minus
Pœna primi criminis
In ſingulis habeatur,
Et in eo puniatur
Peccatum originis.

Confirmatur ex D. Anſelmo 2. de Concordia grat. & lib arb. 16 c. 17.

Sed Anſelmum audiamus,
Iubentem quod arguamus
Huius impotentiam,
Qui, quia ſponte commiſit,
Voluntariè amiſit
Servandi potentiam.

Confirmatio 2. ex D. Thom. 3. cont. gent. cap. 160.

Anſelmo Thomas ſubſcribit,
Qui imputandam huic ſcribit
Culpam, dùm ſupponitur
Quod defectus poteſtatis,
Sive plenæ libertatis
Ex culpa relinquitur;

Idem ibidem.

Sicut ebrio imputatur,
Si quandoque committatur
Ab eo homicidium:
Modo culpa ſupponatur
(Vt paritas habeatur)
Fuiſſe hunc ebrium.

Addunt

Addunt hinc ſaltem inferri,
Non niſi in vanum afferri,
Qua malus corripitur
Vrgentem correctionem,
Quia ad bonam actionem,
Impotens ſupponitur.

Objiciunt 5.

Sed reſpondet Auguſtinus
Quòd quia poteſt ad minus
Quandoque contingere,
Quod ſit Deus largiturus,
Quò ſit illum converſurus,
Aut poſſis convertere;

Solvitur obiectio à D Aug. de Corrept. & grat. c. 5.

Indè fit corripiendum,
Et vrgenter arguendum
De ſui malitiâ,
Quia fortè vt reſipiſcat,
Et veritatem agnoſcat,
Tunc aderit gratia.

Addit: Ergo patiantur
Mali, quod corripiantur;
Quia vel hi pertinent
Ad numerum Electorum,
Vel certè ad reproborum,
Hi numerum attinent,

Idem ibidem.

Si primum, non onerosa
Tunc erit, sed fructuosa,
Quæ fiet correptio:
Quod si secundum dicatur,
Quid mirum si adhibeatur,
Vt iusta punitio.

Cum ergò sit hoc incertum,
Hoc vnum, sit nobis certum
Quod fiat Correptio;
Nec inter correptionem,
Et gratiæ functionem
Fiat increpatio.

Hæc protulit Augustinus,
Ex quibus habes ad minus
Omnem qui corripitur,
Non propterea moveri
Quia debuit conferri
Gratia qua assistitur;

Cum siue gratia detur,
Sive non communicetur,
Semper hæc correptio,
Aut electo fructuosa,
Aut sit reprobo onerosa,
Et iusta punitio.

Instant

Inſtant Deum nil iubere,
Quod velit nos adimplere
Si ſit impoſſibile :
Gratia ergo debet dari,
Qua cui vult nos obligari,
Fiat hoc poſſibile.

Obiicitur 6.

At huic primo reſpondetur,
Quod impoſſibile habetur
Aliter & aliter :
Vel ipſâ rei naturâ,
Vel eo quod creatura,
Cadit culpabiliter.

Solvitur primò obiectio.

Verum ergo nil iuberi,
Nec velle Deum impleri
Quod naturâ implicat,
Quoniam ſeueritatis
Nimiæ, non æquitatis
Illud notam explicat :

Quod autem vis implicare,
Quia iuſtè denegare,
Volo Deum gratiam,
Dico, quod plura iubentur,
Quæ talem qua non implentur,
Habent implicantiam.

Neque proinde excuſantur,
Qui taliter obligantur
Ad impoſſibilia,
Cum in pænam peccatorum
Sit implicantia eorum,
Sicque voluntaria:

Nota ex D.Thom. 2.2.q.156 art. 3.

Quâ de cauſâ obduratus
In peccato habituatus,
Licet impotentior,
In præcepto adimplendo,
Non tamen in omittendo
Eſt excuſabilior.

Solvitur 2. ex D. Aug. l. 2. retract. c. 1. de ſpiritu & littera c. 3 & 5. & de Civit. c. 10.

Sed eidem Reſpondetur,
Quod quia quiſque cenſetur
Habere in potentiâ
Ea quæ, ſi vult præſtabit
Quæque ſi velit mandabit,
Ponetque inter entia;

Cùm vt certum ſupponatur,
Et pro ſemper aſſeratur,
Quod ſervare poſſumus
Quidquid à Deo mandatur,
Vt à nobis impleatur,
Si ſervare volumus:

Inde

Inde gratiâ non datâ,
Sed nobis ſolum paratâ,
Adhuc licet dicere,
Poſſe impleri quod mandatur,
Quia adhuc verificatur:
Si vis potes facere.

Vnde te velim moveri, *Nota.*
Magnum diſcrimen haberi,
Inter impotentiam,
Qua quis nequit comparare
Domum, nec edificare
Non habens pecuniam:

Et illam qua non implemus,
Nec adimplere valemus,
Quod nobis præcipitur,
Quamque quidam comparare,
Volunt & æquiparare,
Primæ quæ adducitur.

Prima namque, etſi velimus,
Seu velimus, aut nolimus,
A nobis non tollitur,
Et quantumvis peroptetur,
Quod domus hæc comparetur,
Non propterea emitur:

At quæ à Deo mandantur,
Si velim quod impleantur,
Et hoc velim fortiter;
Quot erunt quæ mandabuntur,
Tot à me adimplebuntur,
Quin imo & faciliter.

Vnde habes inferendum,
Et pro certò asserendum,
Me iussa non facere;
Eò quod velleïtate,
Non propria voluntate,
Hæc volo peragere:

Sicque minimè excusat,
Quin imo & hæc accusat
Secunda impotentia,
Maximè cum quæ daretur,
Mihi iustè denegetur,
Hæc volendi gratia.

Pro certò ergo habeatur,
Quod singulis præparatur
Gratiæ auxilium,
Cum semper verificetur,
Quod in pœnam denegetur,
Tale adiutorium:

At

At vero si inquiratur,
An de facto tribuatur
Singulis hominibus:
Hoc vnum tunc concludamus,
Et pro certò teneamus
Quod non datur omnibus.

QVÆSTIO SECVNDA,

Vtrum res futuræ ſint, quia ſciuntur à Deo, an vero ſciantur à Deo quia futuræ ſunt?

Rervm futuritionem
Præſupponi ad viſionem
Diuinæ ſcientiæ
Audent Moderni affirmare,
Vt poſſint viam parare
Scientiæ mediæ.

Vndè non quia ſciuntur
Futura, fore dicuntur
In horum ſententiâ:
Sed magis quia futura
Sunt aliquando extitura,
Scit Deus vt talia.

Sed

Sed quod, quæ ſic opinatur, — *Reſolutio.*
Quæ ita Philoſophatur
Recens hæc opinio
Aberret à veritate,
Et patet authoritate,
Et hoc probat ratio.

Nam ſi quæ ſunt diſgregata, — *Probatur 1. ratione.*
Diſperſa, & ſeparata
In inferioribus,
Sunt hæc ipſa congregata,
Et, vt aiunt, adunata
In ſuperioribus;

Cum divinus intellectus
Sit infinitè perfectus,
In ſui eminentia,
Numquid praxim adunabit,
Et in vnum congregabit
Cum rerum ſcientiâ?

Sed hoc non verificatur, — *Subſumo.*
Niſi in quantum affirmatur.
Quod Dei intellectio
Eſt, nedum ſpeculativa
Sed etiam productiva,
Et rerum productio:

Ergo per hoc quod futura,
Intelligit extitura
Divina ſcientia
Talia conſtituuntur,
Non verò à Deo ſciuntur,
Eo quod ſint talia.

2. Ratio. Certè ſi Deus produxit,
Per hoc præcisè quod dixit
Pſal. 148. Vt ſcripturâ aſſeritur;
Si hoc ipſo quod mandavit,
Hoc ipſo Deus creavit,
Vt ibidem dicitur:

Cum per intellectionem
Factivam hanc dictionem
Habeat exprimere,
Vt per hanc habet mandare,
Cum hoc dicat ordinare,
Sicut & dirigere;

Numquid intellectione,
Vt rerum productione
Erit auctor omnium;
Cùm quia mente dictavit
Et intellectu mandavit,
Sit creator entium?

Atqui,

Atqui, ſi quia futurum
Eſt aliquando extiturum,
Id Deus cognoſceret:
Tunc non verificaretur.
Quòd quia intelligeretur
Futurum, ſic fieret:

Subſumo.

Ergo non quia futura
Sunt, quandoque extitura
Scit Deus vt talia;
Sed magis quia ſciuntur,
Hæc propterea dicuntur
Fore exiſtentia.

Sed dicant, numquid repugnat,
Et cum vero apertè pugnat,
Quod hæc futuritio
Sit diuinæ à priori,
Nedum à poſteriori
Scientiæ ratio;

3. Ratio.

Cum Deus vt actus purus,
Sit à ſeipſo habiturus
Ipſum ſcire omnia,
Sicut quia eſt actus purus
Eſt à ſeipſo habiturus,
Poſſe poſſibilia:

Ratio aſſumptis.

Subſumo. Atqui ſi ſciret futura,
Quia ſunt hæc extitura,
Non autem exiſterent
Futura, quia ſcirentur,
Nec quia ſic viderentur
Extitura fierent;

Tunc inde colligeretur,
Et apertè ſequeretur,
Quod hæc futuritio
Eſſet divinæ à priori,
Nedùm à poſteriori;
Scientiæ ratio:

Ergò non quia futura
Sunt, aliquando extitura,
Debet Deus noſcere,
Sed magis quia noſcuntur,
Quia practicè ſciuntur,
Debent hæc exiſtere.

Sed ad hoc quid reſponſuri:
Numquid & illi dicturi
Quarta ratio. Quod futura entia,
Hoc ipſo quod cognoſcuntur,
Hoc ipſo & connectuntur
Cum Dei ſcientiâ:

Atqui

Atqui quidquid eſt connexum, *Subſumo.*
Vel vt effectus eſt nexum,
Vel vt cauſa nectitur;
Ergo cum rerum eventu,
Vt cum cauſâ vel effectu
Hoc ſcire connectitur:

Sed nequit cum illo necti
Vt cauſæ; ergo connecti
Debet hæc ſcientia
Cum hac futuritione,
Hac dumtaxat ratione
Quia hæc facit entia.

Demùm numquid eſt dicendum, *Quinta ratio.*
Prius eſſe intelligendum
Deum poſſe hæc noſcere,
Quam cognoſcamus futura
Eſſe, quo ſunt extitura
Poſſe à Deo accipere;

Cum in Deo vim noſcendi *Ratio aſſumpti.*
Priorem vi producendi
Debeam percipere,
Et Deus vt productivus
Hæc quorum eſt cauſativus
Debeat præcedere:

Atqui

Subſume. Atqui inter quoſvis actus,
Idem eſt ordo ſervatus,
Quem ſervant potentiæ,
Tum cauſa proportionis,
Tum cauſa relationis,
Seu correſpondentiæ:

Cum ergo ex dictis ſequatur,
Quod prius intelligatur,
Deum poſſe hæc noſcere,
Quam cognoſcantur futura
Eſſe quo ſunt extitura,
Poſſe à Deo accipere;

Numquid & ſcire actuale
Præſupponetur vt tale
Futuræ exiſtentiæ,
Cum inter quoſcumque actus,
Idem ſit ordo ſervatus
Quem ſervant potentiæ?

Probatur authoritatibus. At numquid egregiarum
Magiſtro ſententiarum
Hæc placet ſententia:
Quod res futuræ dicantur,
Ex eo quod attingantur
A Dei ſcientiâ?

Inquit

Inquit enim si ſcirentur,
Si à Deo præſcirentur
Quæ futura eligit,
Quia ſunt illa futura,
Non autem ſint extitura,
Quia hæc intelligit:

In 1. Diſtinct 38.

Numquid tunc in increato,
A creando, vel creato
Eſſet dependentia;
Cum hoc tunc verificetur:
Quia futurum habetur,
Eſt Dei ſcientia.

At numquid & Auguſtinus,
Doctor noſter aquilinus
Hoc idem docuerat,
Dicens quod res corporales
Fecit & ſpirituales
Deus, quia noverat.

Lib. 15. de Trinit. c. 13.

Dicens quod omnis natura,
Quia cognita futura
Futura eſt poſita;
Nec vlla eſſe creata,
Quæ quia fuere facta
Sint à Deo cognita.

Lib. 7. Confeſſ. c. 4.

Lib. 6. de Trinit. c. 10.

Dicens

Lib. vltimo Confess. c. vlt.

Dicens nos ista videre
Sed, quia sunt, hæc habere
Visui præsentia;
Quia verò à Deo visa
Hæc fuere, seu prævisa,
Ideo sunt entia.

Lib. 5. de Civit. c. 9.

Dicens id, quod est actura
Voluntas & volitura
Fieri certissimè,
Quia Deus hoc acturam
Præscit, sicut volituram,
Et præscit verissimè.

Sed ad quid de Augustini
De Doctoris aquilini
Mente est Controversia;
Cum hic à Thoma citetur,
Et à Magistro explicetur
Pro nostra sententiâ.

1. p. q. 14. art. 8. in 1. Dist 38.

Cui potius crediturus,
Et fidem adhibiturus
Thomæ an Vasquesio,
Dum de Augustinianâ
Quænam sit Doctrina sana
Fuerit contentio?

Quasi

Quaſi vero non credenda,
Et in cunctis præponenda
Magiſtri ſententia,
Et qui vt homo docetur,
Cum Angelo comparetur
In intelligentiâ.

Porrò hìc velim notari,
Prædicta hæc explicari
De Dei ſcientiâ,
Quæ libera appellatur,
Et non quæ ſimplex vocatur
Sive neceſſaria.

Quanam ſcientiâ res conſtituantur futura.

Nam ex prædictis habetur,
Quod quia exiſtens videtur
Habet exiſtentiam;
Et quia ſcitur futurum,
Ideo fit exciturum
Per talem ſcientiam:

Sed ſolùm ſcitur futurum,
Exiſtens, & extiturum
Liberâ ſcientiâ;
Cum alia non verſetur
Niſi (vt quivis fatetur)
Circa poſſibilia;

Subſumo.

Nec

Nec de iſtâ proferatur
Quod eo quod res ſciatur
Ideo efficitur ;
Aliàs efficeretur ,
Quod poſſibile haberetur ;
Quippe quod hac noſcitur :

Ergo hæc conſtituuntur
Futura , quia ſciuntur
A Dei ſcientiâ ,
Non quæ ſimplex appellatur ,
Sed quæ libera vocatur ,
Et non neceſſaria.

Iam verò vt reſolvantur
Quæ, qui nobis adverſantur,
Hic nobis obiiciunt,
Fortiora referamus ,
Vt ex illis concludamus ,
Quod parum efficiunt.

Obiiciunt 1. Dicunt ergo ſi ponatur ,
Quod eo quod res ſciatur
Exinde colligitur ,
Quod res illa ſit futura ,
Non autem quia extitura
A Deo cognoſcitur ;

Cum

Cum peccata cognoſcantur,
Et à Deo intelligantur,
Sicut quævis alia,
Numquid inde inferretur,
Quod cauſare cenſeretur
Peccata vt talia.

Sed hoc facilè ſolvetur, *Reſpondetur.*
Si ex dictis prænotetur,
Quod ſolum ſcientiâ,
Quæ libera appellatur,
Futuritio cauſatur
Nec non exiſtentia.

Nam hinc habes intellectum;
Licet in Deo perfectum
Nil prorſus producere
Niſi per velle approbetur,
Seu voluntate aplicetur
Vndè agit liberè:

Sed circa deformitatem, *Subſumo*
Seu peccati fæditatem
Non eſt approbatio,
Nec habet vt à volente,
Sed ad ſummum permittente,
Quod mali ſit viſio;

Cum

Cum Ergo ex volitione,
Non verò ex permiſſione,
Sit talis cauſalitas;
Hinc, etſi à Deo ſciatur,
Non propterea cauſatur
Peccati deformitas.

Obiiciunt 2. Sed Inſtant: ſi quod videtur
Viſione non cauſetur,
Donec ſit volitio;
Ergo ab illa non cauſatur,
Cum ad eam ſupponatur
Eius futuritio.

Cum enim res ſit futura,
Et hoc ipſo extitura
Quod à Deo volita,
Numquid ad volitionem
fruſtra addis viſionem,
Cum res ſit iam habita.

Soluitur obiectio. Huic Ergo vt Reſpondeatur,
Dico quod cùm non ponatur
Futuri Volitio,
Quin hoc ipſo conſequatur,
Vt id ad quod terminatur
Prædicta hæc viſio;

Cum

Cum futurum non ponatur,
Nisi in quantum imperatur
Eius existentia;
Et non nisi ad Intellectum
Vt voluntate completum.
Hæc spectent imperia:

Inde Licet res futura
Sit hoc ipso extitura,
Quod à Deo volita,
Adhuc est per visionem,
Cum per hanc volitionem
Fiat quod sit cognita.

Rursùm dicunt simultatem,
Non autem prioritatem
Visionem dicere;
Cum ad præsens terminetur,
Et hoc non verificetur
Si debet præcedere:

Obiiciunt 3.

Atqui si sit productiua,
Si sit eius causatiua
Quod illi obiicitur,
Non amplius simultate,
Sed magis prioritate
Erga visum fruitur:

Subsumunt.

Non

Non igitur viſione,
Vt cauſali ratione
Extat futuritio;
Sed magis quia futurum
Supponitur Extiturum
Eſt prædicta viſio.

Reſpondetur retorquendo argumentum.

Ad hoc Ergo Reſponſurus,
Quæro nùm ſis conceſſurus
Quod Dei Intellectio,
Diuinæ dilectionis
Eiuſque proceſſionis
Sit perfecta viſio:

Subſumo.

Sed ex Intellectione,
Vt cauſali ratiòne
Habetur dilectio,
Cum ſit Deus dilectiuus
Quia eſt Intellectiuus
Vt demonſtrat ratio;

Ergò licet Viſione,
Vt cauſali ratione
Extet futuritio,
Adhuc futuritionis,
Vt ſupra dilectionis
Poteſt eſſe viſio.

Pro

Pro quo dico ad viſionem,
Et obiecti intuitionem
Hoc vnum ſufficere,
Quod pro omni in quo habetur
Inſtanti, verificetur
Obiectum exiſtere;

Explicatur & confirmatur reſponſio.

Atqui hoc verificatur,
Licet ibi admittatur
Cauſalis prioritas;
Cum eſſendi ſimultate
Hac ſtante prioritate
Gaudeat cauſalitas:

Subſumo.

Nam lux ſoli cœxiſtit,
Et calor ſimul exiſtit
Cum igne à quo oritur;
Sicut & ens rationis
Factiuæ cognitionis
Præſentiam ſequitur.

Ergò etſi ex viſione,
Vt cauſali ratione
Extet futuritio;
Adhuc futuritionis
Ex vi huius rationis
Eſt viſiva intuitio.

Sed

Obiiciunt 4.

Sed inquiunt : ſi ſupponit
Obiectum, non autem ponit
Quælibet ſcientia ;
Numquid in qua res ponuntur,
Quia à ſciente noſcuntur
Falſa eſt ſententia :

Subſumunt.

Sed ſcientiæ ſupponi
Obiectum, non autem poni
Virtute ſcientiæ
Patet, & inductione,
Sicut & negatione
In hoc repugnantiæ :

Ergo non quia ſciuntur
Futura, à Deo ponuntur,
Vt hæc vult ſententia ;
Sed magis quia futura
Supponuntur extitura,
Attingit ſcientia.

Soluitur obiectio.

Verùm ita ſequeretur,
Si ſermo hic haberetur
De quadam ſcientia,
Quæ non eſſet & factiva
Simul & ſpeculativa
In ſui Eminentiâ ;

Sed

Sed diuinus intellectus, *Subſumo.*
Vt infinitè perfectus
In ſui eminentiâ,
Non poteſt non congregare,
Et, vt aiunt, adunare,
Praxim cum ſcientiâ;

Cum hæc quæ ſunt diſgregata, *ratio ſubſumpti.*
Diſperſa, & ſeparata
In inferioribus,
Sint hæc ipſa adùnata
Et in vnum congregata
In ſuperioribus:

Ergo quantumvis ſupponat
Obiecta, non autem ponat
Humana ſcientia,
Diuina tamen, factiua
Cum ſit, & ſpeculatiua,
Scit, & ponit omnia.

Vndè ſicut bonitatem, *Confirmatur hæc Reſponſio.*
Sive amabilitatem
Diuina dilectio
In amato non ſupponit,
Sed magis in illo ponit,
Eſtque amandi ratio;

Ita quod à Deo amemur,
Non quia amari meremur,
Sed quia nos efficit
Diuino plenos decore,
Hoc ipſo quod ſui amore
Nos miſeros reſpicit:

Numquid & Dei intellectus,
Vt infinitè perfectus,
Debet poſſe ponere
In obiecto veritatem,
Vt voluntas bonitatem.
Dum vult nos diligere?

Obiicitur vltimo.

Dicunt demùm hoc negari,
Oppoſitumque affirmari
Frequenter à Patribus:
Numquid Ergò & id negandum,
Oppoſitumque affirmandum
A cæteris omnibus?

Soluitur primo.

Ad hoc autem reſpondetur,
Quod ibi ſermo habetur,
Vt dictis colligitur,
De peccatis quæ ponuntur,
Quæ non ſunt quia ſciuntur,
Vt ſupra conceditur.

Vel

Vel, vt cum Thoma ſolvatur,
Dico quod ſolum negatur,
Quod Dei cognitio,
Ita producat futurum,
Vt non liberè exiturum,
Sed ſit neceſſariò.

Soluitur 2. ex D. Thom qu. 2. de Verit. art. 14. ad 1.

Aliàs ſi negaretur
Abſolutè, inferretur
Ibi contrarietas,
Cùm tunc apertè aduerſetur
Negato, & contrarietur
Auguſtini auctoritas.

Dicit enim corporale,
Sicut & ſpirituale,
Ex eo quod noverit
Deus, hoc ipſo extitiſſe,
Non autem Deum noviſſe
Ex eo quod fuerit;

Lib. 15. de Trinit Cap. 15.

Vndè vt hæc concordentur,
Nec Patres ſibi adverſentur
Oportet concludere,
Quidquid Deus operatur,
Ex eo quod cognoſcatur
futurum evadere.

QVÆSTIO TERTIA,

Vtrum in Deo admittenda ſit ſcientia media.

SVNT adhuc, ſicut fuere.
Qui dicunt,& qui dixere
Quod Dei ſcientia,
Priuſquam ſit decretura,
Voluntas eſſe futura,
Noſcit contingentia.

Vndè, quid eſſem acturus,
Si eſſem hinc diſceſſurus
Volunt quod cognoverit
Deus, etſi quid agendum
In hoc caſu aut ponendum,
Nondum definierit.

Hanc

Hanc autem cognitionem,
Quæ prædefinitionem
Præcedens, ſcit talia,
Quæque, ſi ſemel ponatur,
Circa libera verſatur
Conditionalia;

Hanc inquam à viſione,
Et ſimplici notione
Proclamantes aliam,
Non eodem nuncuparunt
Nomine, ſed appellarunt
Scientiam mediam.

Ad quid autem ſtabilita
Sit ſcientia prædicta;
Dico ex authoribus
Fuiſſe, ne læderetur
Libertas, ſed ſalvaretur
Suis ſalvis Iuribus.

Si namque definiatur
A Deo, quod hoc agatur
Priusquam præviderit
Ad arbitrium tuendum,
An Voluntas ad agendum
Se determinaverit:

Numquid, aiunt, hinc ſequetur,
Quod nulla tunc relinquetur
Libertas in homine,
Sed quod læſæ libertatis,
Velle Dei voluntatis
Notabitur crimine.

Vndè vt huic occurramus,
Ad hanc, aiunt, recurramus
Scientiam mediam,
Qua quid eſſem ego acturus,
Prius eſt Deus viſurus,
Quam velit quòd faciam.

Reſolutio. Id ergò impugnaturus,
Hoc vnum ſum oſtenſurus,
Quod ſcilicet neſciat
Deus, quid acturus eſſet
Petrus, ſi ibi adeſſet,
Niſi prædefiniat.

Probatur 1. Pro quo quæro nùm futurum,
Quod eſt ita exciturum
Conditionaliter,
Cum hac futuritione
Gaudeat connexione
Verè & actualiter?

Sed

Sed Connexio actualis, *Subſumo.*
Hoc ipſo, quod actu talis,
Decretum præexigit,
Nèdum conditionale,
Sed etiam actuale,
Vt effectus exigit:

Ergò quid acturus eſſet
Petrus, ſi ibi adeſſet,
Donec prædefiniat
Deus, nondum cognoſcetur;
Sed vt incertum habetur,
Quid inde eveniat;

Sivè quod in idem redit,
Ad futurum nil accedit
Conditionaliter,
Quin decretum præmittatur,
Quò ſic futurum dicatur
Verè, & actualiter.

Rursùm quæro? nùm dicatur, *Probatur 2.*
Et à cunctis concedatur,
Quod Dei ſcientia,
Vt ſumma perfectione
Gaudens in cognitione
Eſt, & ſapientia:

Numquid ergò eſt concedendum,
Et pro certo aſſerendum,
Quod in ſui eſſentia
Vt in causâ altiori,
Et vniverſaliori
Videt contingentia?

Subſumo. Sed Eſſentia Nullorum
Contingenter futurorum
Cauſa eſt, nec dicitur,
Niſi in quantum Voluntatis,
Seu diuinæ libertatis
Decretum adiungitur:

ratio ſubſumpti. Cùm reſpectiuè ad futura
Sit liberè cauſatura,
Et non neceſſariò;
Et libertas in cauſando
Sit, prout in decretando
Et in exercitio:

Ergò non antecedendo,
Sed decretum ſubſequendo
Hæc ſcit contingentia;
Vel certè qua ſcit futura,
Non eſt in Deo habitura
Quod ſit ſapientia.

Sed

Sed dicant de hoc futuro,
Sic ſub clausâ exituro,
Nùm ſit Deo cognitum,
Vt ipſius voluntati,
Seu divinæ libertati
Quid omnino ſubditum;

Probatur 3.

Cum ſit ſermo de futuris
Contingenter eventuris,
Et non neceſſario,
Quæ proinde Voluntatis,
Seu divinæ Libertatis
Subſunt exercitio:

ratio aſſumpti.

Sed non verificaretur,
Quod ſic Deo ſubderetur
Futurum, ſi noſceret
Deus, priuſquam futurum,
Ita fore eventurum,
De facto decerneret;

Subſumo;

Cum poſterius priori,
Non prius poſteriori
Cenſeatur ſubditum;
Et tunc futurum volenti,
Sive Deo decernenti
Eſſet præſuppoſitum:

ratio ſubſumpti.

Ergò non datur futurum,
Conditione exciturum,
Nec à Deo noſcitur
Vt decretum antecedens,
Vel ad illud ſic præcedens,
Hic liber non dicitur.

Probatur 4. Sed ad hoc quid Reſponſurus,
Si Deus eſt actus purus,
Et prima actualitas,
Numquid ad omne actuale,
Hoc ipſo quod actu tale.
Eſt Dei cauſalitas;

Subſumo. Atqui prædicta futura,
Conditione extitura
Sunt verè actu talia;
Cum ad futuritionem,
Addendo conditionem,
Non ſint in potentia:

Ergò ad hæc extendi debet,
Quæ actualitatem præbet
Diuina cauſalitas;
Cùm & omnem entitatem,
Et omnem actualitatem
Cauſet prima actualitas:

Sed

Sed à Deo nil causatur,
Nisi in quantum operatur
Secundum consilium
Sui ipsius Voluntatis,
Siue in quantum libertatis
Adest exercitium;

Subsum iterum.

Ergò non datur futurum,
Sic sub clausa exiturum,
Nec à Deo noscitur
Quod decretum antecedat,
Sed opus est quod præcedat
Decretum quo ponitur.

Sed addo: si inquiratur,
Quare potius sciatur
Actus futuritio,
Seu quod Petrus sit acturus,
Quam sit actus non futurus
Sub tali auxilio:

Probatur 1.

Numquid ab his respondetur,
Quod hoc ideo habetur,
Quia est contradictio,
Cur actus sit exiturus,
Potius quam non futurus
Sufficiens ratio?

Subſumo. Sed quod hoc determinatè
Debeat in veritate
Præ alio exiſtere,
Id ex Contradictione,
Nullâ prorſus ratione
Poteſt quis colligere;

ratio ſubſumpti. Cum quod actus ſit ponendus,
potius quam omittendus
Sit accidentarium;
Et quod contradictionis
Vim ſequitur rationis,
Sit hoc neceſſarium:

Ergò niſi decernatur,
Quod actus ille ponatur,
Non eſt maior ratio,
Quod actus ſit exiturus,
Quam ſit actus non futurus
Sub tali auxilio.

Sed ad hoc quid Reſponſurus?
Probatur 6. Numquid actus ſic futurus
Conditionaliter,
Ad hanc futuritionem
Dicentem conditionem
Tranſiit actualiter:

Sed

Sed omne quod eſt futurum
(Si ſit liberè exiturum)
Per ſui intrinſeca,
Nequit ad eſſe tranſire,
Sed debet hoc prouenire
A cauſa Extrinſecâ;

Subſumo.

Aliàs non libertate,
Sed ſummâ neceſſitate
deberet exiſtere,
Cùm quod exigit natura,
Sivè in Deo aut creaturâ
Sit neceſſe accidere;

ratio ſubſumpti.

Ergò prædictum futurum,
Cùm non ſit ſic eventurum
A cauſa intrinſecâ,
Debet aſſignari à vobis,
Sicut aſſignatur à nobis
Huius causâ extrinſeca:

Sed Inter cauſas activas,
Et extrinſecè Effectivas,
Primariò ponitur
Deus, qui vt in eſſendo
Sic etiam in agendo
Primus eſſe dicitur:

Subſumo iterum

Numquid

Numquid ergò, hinc inferendum,
Et pro certo asserendum,
Quod hæc contingentia,
A Deo efficiente
Subindequè & decernente
Futura sunt talia:

Subsumo iterum. Sed non scit ille extitura,
Quoquo modo sint futura,
Nisi dùm sunt talia;
Opus ergò, vt decernantur
Priusquam hæc attingantur
A Dei scientiâ.

Probatur 7. Sed miror eos audere
Dogma adversum sustinere
In quo contradictio.
(Vt ab illis stabilitur)
Velint, nolint, reperitur,
Vt hæc probat ratio.

Solent namque asseverare,
Petrum se determinare
Ad speciem actuum;
Sed tamen, quando operatur,
A Deo determinatur
Quoad individuum:

Ergo

Ergo nullus poteſt actus
Præſciri determinatus
Individualiter,
Quem Deum determinaſſe,
Subindèque decretaſſe
Præſciatur pariter:

Atqui dum actus futuros, *Subſumo.*
Præſcit Deus extituros
Conditionaliter,
Non tantum ſpecie tales,
Sed & individuales,
Præſcit ſingulariter;

Cum Deus non præſciſivâ, *Ratio ſubſumpti*
Sed magis comprehenſivâ
Cognoſcat ſcientiâ,
Sicque quæcumque noſcuntur,
Eíque obiiciuntur
Noſcat quoad omnia:

Ergò nondum præſciuntur,
Quæ ſic futura dicuntur,
Donec decretaverit
Deus futuritionem,
Et indiuiduationem
Prædeterminaverit:

Sed

Subsumo iterum. Sed hoc negant adverſantes,
Provt dandam affirmantes
Scientiam mediam;
Ergò ſibi contradicunt,
Hoc ipſo quod dari dicunt
Prædictam ſcientiam.

Probatio 8. Quæro demum: dum ſupponunt,
Sive dum nobis opponunt,
Scientiam mediam,
Vt actus noſtri futuri
Sint liberè extituri
Eſſe neceſſariam;

Quæro inquam? vel futuro,
Sic liberè extituro
Illa prærequiritur,
Vt eſt ſub conditione,
Vel vt futuritione
Abſolutâ fruitur:

Subſumo. Sed ad futuritionem,
Quæ eſt per conditionem
Non poteſt hæc exigi,
Quin imo, vt ipſi fatentur,
Quæ ſic futura habentur,
Debent huic præexigi;

Sed

Sed nec ad actum futurum,
Vt absolutè exiturum
Illa præexigitur;
Vel dicendum, quod ad actum
Provt conditionatum
Illa prærequiritur:

Altera pars subsumpti.

Cum res nulla varietur
(Quomodocumque spectetur)
Quantum ad essentiam,
Sicque eandem sortiatur
In quovis statu ponatur
Sui dependentiam;

Ratio 2. partis subsumpti.

Frustrà ergò, & falsò dicunt,
Qui nobis hic contradicunt,
Scientiam mediam,
Vt actus nostri futuri,
Sint liberè exituri
Esse necessariam;

Cumque ab illis admittatur,
Ne in homine lædatur
Libertas qua fruitur,
Numquid erit explodenda,
Et de medio tollenda,
Quæ media dicitur?

Sed

Probatur authoritatibus.

Sed cum fuerint ſacrarum
Veritatum tuendarum,
Patres defenſarii,
Iam eamdem veritatem,
Per Patrum authoritatem
Diſcant adverſarii.

Cap. 7. de divinis nominibus.

Certè ſi quod Deus noſcit,
Id omne in ſe cognoſcit
Vt vult Dioniſius:
Si nil extra ſe aſpexit,

In ſimbolum c. 1.

Sed cuncta in ſe proſpexit,
Vt ait Ambroſius.

Quo iure poteſt licere,
Quamdam in Deo docere
Ponendam ſcientiam,
Quà primò ad obiectum ipſum
Deus, & extra ſeipſum
Terminet notitiam?

Subſumo.

Sed apertè hoc ſequeretur,
Si ſemel admitteretur
Scientia mediâ,
Cùm, vt quilibet fatetur,
Per ſe primò terminetur
Ad conditionalia;

Hanc

Hanc ergo, cum non admittat,
Quod hæc ſcientia dictat,
Negat Dionifius,
Sicut, & hanc improbauit,
Eo quod idem negauit
Citatus Ambroſius.

At numquid hanc improbandam
Auguſtinus, & negandam
Pluries determinat,
Qui ait: quæ à Deo dantur,
Si ab ipſo præſciantur,
Profectò prædeſtinat?

De Dono perſeverantia c. 17.

Qui ſubdit: opera bona,
Quæ ſunt ſimul Dei dona
Si prædeſtinatio
Apud ſe non comprehendit,
Ad illa non ſe extendit
Divina cognitio.

Ibidem.

Qui aſſerit vſurpari,
Præſciri, & prædeſtinari
Pro eodem pœnitus,
Vbi de vocatione,
Bonorumque electione
Sermo fuit habitus.

De Dono perſever. c. 18.

Hæc

Quod per adductas authoritates explodatur scientia media.

Hæc namque, vt verificentur,
Quæcumque à Deo videntur
(Si malum excipitur)
Debent, vt possint præsciri
A Deo prædefiniri,
Vt ex his colligitur:

Subsumo.

Sed multa ex his præscirentur,
Quæ non prædefinirentur,
Si iuxta sententiam
Quæ nobis hic adversatur,
Quæque à nobis impugnatur
Ponas præscientiam.

Ratio subsumpti.

Cum voluntatis consensus,
Sicut & eius dissensus
De futuro elicitus
Sit, nondum prædestinatus,
Sivè nondum decretatus
In eâ præcognitus.

Ergò, & magnus Augustinus
Quem, ait Papa Martinus,
Sequimur in omnibus,
Scientiam improbavit,
Quam cum suis propugnavit
Molina sequacibus.

Martinus VIII.

Dicant

Dicant nunc quod de futuro
Abſolutè extituro
Auguſtinus loquitur;
Quia ad hoc, vt præſciatur,
Et à Deo prænoſcatur,
Decretum requiritur:

Reſpondent 1.

Sed ſi ſemel ad futurum
Abſolutè extiturum,
Decretum exigitur,
Hoc ipſo, ad futurum actum,
Provt conditionatum,
Simul prærequiritur;

Impugnatur ſubſumendo.

Cum res nulla varietur,
Quocumque modo ſpectetur
Quantum ad eſſentiam,
Sicque eandem ſortiatur,
In quovis ſtatu ponatur
Sui dependentiam:

Ratio ſubſumpti.

Ergò licet de futuro
Abſolutè extituro
Eſſet ibi mentio,
Adhuc ad futurum actum,
Provt conditionatum,
Fieret extentio.

Respondent 2.

Addunt quod quoad abuſum,
Non autem quantum ad vſum,
Nec quoad ſubſtantiam
Auguſtinus reprobavit,
Quam Molina propugnavit
Scientiam mediam.

Impugnatur.

Sed contra hanc reſponſionem,
Hanc moveo quæſtionem:
Numquid qui ſcientiam
Tollit, quantumque ad obiectum,
Habet tollendi affectum
Quantum ad ſubſtantiam?

Subſume,

Sed hoc feciſſe Auguſtinum
Patet, eo quod divinum
Hic decretum poſuit,
Vt medium quo præſciri
Futurum, & ſtabiliri
Debuit & potuit:

Ratio ſubſumpti.

Reddens enim rationem,
Quare futuritionem
Alicuius neſciat,

Lib. 26. contra Fauſtum.

Dicit ſe hoc conceſſurum
Sine dubio futurum,
Si Deus definiat:

Sed

Sed è contra profitetur,
Se nescire quod habetur
De rei existentia;
Si quid sit determinatum,
Quid à Deo decretatum
Careat notitiâ;

Idem ibidem.

Si ergo ponens futurum,
Ex vi decreti exiturum,
Prædictæ scientiæ
Obiectum repudiavit,
Numquid & hanc reprobavit
In esse substantiæ?

At numquid & reprobavit
Thomas, quando declaravit
Verum esse dicere,
Omnes Deum actiones,
Omnesque volitiones
Suo in velle noscere:

1. Contra Gent.c.68

Quando asservit futurum
Deum sic esse sciturum,
Vt talis scientia,
Divino velle subdatur,
Seu libero submittatur,
Decreto notitia:

In 1.Sent. Dist. 39. art. 1.

Quando

Quodlib. 12. q. 3. art. 4.

Quando dixit, quæ fuerunt,
Quæ ſunt, & quæcumque erunt,
Vno verbo omnia,
Eſſe à Deo ordinata,
Nec non prædeterminata,
Dei Providentiâ.

1. p. q. 14. art. 4. & 12. q 93. art. 1. ad 3

Addo eundem dixiſſe,
Pluriéſque aſſeruiſſe,
Quod Dei ſcientiâ,
Ad res ſcitas comparatur
Vt prior, nec menſuratur,
Sed menſurat omnia;

1. p q. 19. art. 8. & 1. contra Gent. c. 55

Quod Salvatur libertatis,
Cùm divinæ voluntatis
Decreto concordia,
Non per hoc quod exploravit,
Sed quia determinavit,
Summâ efficaciâ;

1 p. q. 14. art 8. & q. 2. de verit. art. 14.

Quod in qua, quia ſciuntur
Futura, fore dicuntur
Vera eſt ſententia;
Falſa verò in qua futura,
Quia ſunt eſſe habitura
Scit Deus vt talia:

Atqui

Atqui non poteſt negari, *Subſumo.*
Hæc directè adverſari
Scientiæ mediæ,
In qua ponuntur futura,
Quæ ſe habent vt menſura
Diuinæ ſcientiæ:

In qua, quia explorauit,
Non quia determinauit
Summâ efficaciâ,
Explicatur libertatis
Cum diuinæ voluntatis
Decretò concordia:

In qua non quia ſciuntur,
Non quia à Deo noſcuntur
Futura ſunt entia,
Sed magis quia futura,
Quia ſunt eſſe habitura
Scit Deus vt talia:

Ergò à Thoma reprobatur
Exploditur, impugnatur
Scientia media;
Cum ei contrarientur,
Er directè adverſentur
Ipſius principia.

Obiiciunt 1.

Sed contra hæc inſurgentes,
Et impugnare nitentes.
Dicunt aduerſarii
Quod, ſi prædicta explodatur
Scientia, quod tollatur,
Libertas arbitrii.

Nam quo iure componetur.
quæ in arbitrio habetur
Vera indifferentia,
Si agendi, aut non agendi,
Ponendi vel non ponendi
Non adſit potentia:

Porro quo iure dicetur,
Quod adhuc talis habetur
In nobis potentia;
Si actus determinetur,
Imò & prædeterminetur
Decreti efficaciâ:

Demùm quo iure dicetur,
Quod non prædeterminetur
Ad vnum potentia,
Si prius ſit decretura.
Voluntas Dèi futura,
Quam extet ſcientia.

Ad

Ad hoc ergò reſponſurus, *Soluitur obiectio.*
Quæro ? nùm ſis conceſſurus,
Quod liber remanſerit,
Qui vnum operaturus,
Etſi aliud non acturus
Potens tamen fuerit ?

Atqui licet concedatur, *Subſumo.*
Quod actus qui decretatur
Sit infallibiliter,
Adhuc contrarius actus,
Qui non fuit decretatus
Verè eſt poſſibiliter;

Cum poſitio illius, *Ratio ſubſumpti.*
Poſitioni iſtius
Sit quidem oppoſita,
Sed cum ponibilitate,
Siue poſſibilitate
Sit verè compoſita:

Ergo, etſi decernatur
Futurum, vt cognoſcatur,
Non proinde læditur
Libertas illud agendo,
Quæ in alio ponendo,
Sic potens relinquitur.

Instant contrà solutionem.

Sed hic quærunt: nùm dicatur,
Quod pro ſtatu pro quo datur
Potens, ſeu poſſibile,
Sit pro illo tunc ad actum
Ad quem tunc eſt ordinatum
Verè reducibile?

Subſumunt.

Atqui vno decretato,
Et iam prædeterminato
Talem me elicere,
Me tunc ad alium actum
Nondùm prædeterminatum
Nequeo reducere,

Ratio ſubſumpti.

Cum implicet, quod dicatur,
Sive quod intelligatur,
Quod hæc ſit reductio
Pro tunc, pro quo decretata
Eſt, & prædeterminata
Eius non poſitio:

Ergò, ſi ſic decernatur
Actus noſter, vt ſciatur
Multum certè læditur
Libertas dum operatur,
quæ, vt aliud agatur
Potens non relinquitur.

Verum

Verum iſtud ſequeretur,
Si eis concederetur
Quod vera potentia,
Pro omni tunc pro quo datur,
Reduci poſſe dicatur
Ne ſit impotentia.

Reſpondetur

At hoc vt falſum negatur;
Cum præciſè requiratur,
Pro vera potentia,
Quod ad quæ eſt terminata
Sint abſolutè ſpectata,
Vere ponibilia;

Subſume.

Alioquin vt ſecundum
Deus fabricaret mundum,
Iam non eſſet præpotens,
Cum per ſuppoſitionem,
Ad talem reductionem
Dicatur nunc impotens;

Ratio ſubſumpti.

Ergò, etſi amoris actus,
Dum ſemel eſt decretatus,
Potentia ad odium,
Non poſſit pro tunc reduci,
Nec hoc ſuppoſito, adduci
Ad ſui exercitium;

Cum implicet quod ponatur,
Imò quod Intelligatur,
Quod hæc ſit reductio
Pro tunc, pro quo decretata
Eſt, & prædetermnata
Eius non poſitio:

Adhuc tamen vera datur,
Et omni ex parte ſalvatur
Potentia ad odium,
Cum ſi abſolutè loquamur,
Ponibile fateamur
Eius exercitium;

Sicut Deus ad ſecundum
Poſt hunc fabricandum mundum,
Eſt adhuc Omnipotens,
Cum ſit ſolum ſupponendo,
Non abſolutè loquendo;
Ad reduci impotens.

Confirmatur Reſponſio.

Hoc autem, vt confirmetur
Magis, magiſque explicetur,
Placet ibi inquirere,
Nùm Deus hoc decernendo
(Cum liber ſit in volendo)
Poſſit non decernere;

Sed

Sed id ad quod terminatur — *Subsume.*
Tale posse, iudicatur,
A cunctis possibile;
Vel certè hoc posse dicetur
Chimericum, cùm daretur,
Ad quid impossibile:

Ergò negatio actus,
Qui à Deo est decretatus,
Est verè possibilis,
Cum potentiæ quæ datur
In Deo, vt non decernatur,
Sit terminus dabilis.

Iam quærunt, nùm in priori — *Obiiciunt 2.*
Decreto anteriori
Diuina essentia,
Sit à Deo comprehensa,
Sintque in eâ apprehensa
Quæcumque scibilia;

Atqui liberè extitura, — *Subsumunt.*
Et contingenter futura
Sunt in hac scibilia;
Vel hæc non repræsentabit,
Nec consequenter causabit
Quæcumque sunt entia;

Ergo in illo priori
Decreto anteriori
Diuina ſcientia,
Vt ad eſſentiam extendi,
Ita & debet protendi
Vſque ad contingentia.

Soluitur Obiectio. Huic ergò, vt reſpondeatur,
Quæro ego? nùm dicatur,
Quod ſolùm ſit entium
Deus repreſentatiuus,
Prout horum cauſatiuus,
Et vt author omnium;

Ratio aſſumpti Cùm in tantum repreſentans
Sit Deus, & manifeſtans,
In quantùm eſt continens,
Et dicatur eſſe talis,
Quia cauſa vniverſalis
Eſt cuncta præcontinens:

Subſumo. Sed Deus in hoc priori
Decreto anteriori
Nondum intelligitur
Inclinatus ad cauſandum,
Sed tunc ad eſſe, vt dandum
Indifferens dicitur;

Ergò

Ergò cùm repreſentare
Dicatur, quia cauſare
Exercet in entia;
Cùm non ſit tunc cauſatiuus,
Nec eſt repreſentatiuus,
Erga contingentia.

Vndè quod non ſit finita,
Sed ſit prorſus infinita
Hæc repreſentatio;
Sitque in illo priori
Decreto anteriori
Dei comprehenſio:

Hinc quidem eſt ſequturum,
Omne repreſentaturum
Tunc repreſentabile;
Et tunc in Deo aprehendi,
Et à Deo comprehendi
Omne cognoſcibile;

At cùm entia futura,
Non ſint pro tunc extitura,
Vt dictis colligitur;
Hinc futurum, quod iam datur,
Nec pro tunc repreſentatur,
Nec pro tunc cognoſcitur.

Obiiciunt 3. Rursùm aiunt, perpetratum
Ab hominibus peccatum,
In eodem medio
Debere à Deo præſciri,
In quo boni debet ſciri
Actus futuritio:

Subſumunt. Atqui, non poteſt peccatum,
Eò quod ſit decretatum,
Eſſe à Deo cognitum;
Ergò, nec quod decernantur
Futura vt cognoſcantur,
Erit dictu licitum.

Soluitur. Obiectio. Sed cùm fuerit ſolutum
Hoc alibi, & reſolutum,
Hic breuiter ſoluitur:
Dicendo quod poſitiuum
In Deo, & permiſſivum
Decretum diſtinguitur.

Quòd ſi ſemel ſit præmiſſum,
Dico peccatum commiſſum
Deum non cognoſcere
In decreto poſitiuo,
Sed tamen in permiſſiuo
Illud apprehendere,

Nec

Nec enim vllum peccatum
Foret vnquam perpetratum,
Nisi Deus sineret;
Et hoc ipso quod permittit
Peccatum Petrus committit
Quod minimè faceret:

Ex Aug. in Enchirid. Cap. 95.

Ergò ad permissionem,
Per certam connexionem
Peccatum consequitur,
Sicque, vt in ipsâ sciatur
Peccatum, quod perpetratur,
Adest quod requiritur.

Sed instant: nùm Tyriorum,
Sicut, & Sidoniorum
Deus certò noverit
Futuram conuersionem,
Modo prædicationem
Christus ibi habuerit;

Obiiciunt 4.

Sed de hac conversione,
In prædefinitione
Non habet notitiam;
Sivè non quia decrevit
Deus, propterea novit
Horum pænitentiam;

Subsumunt.

Ratio sub-sumpti. Cum exemplo Tyriorum
In peccatum Iudæorum
Christus increpauerit:
Et iniustè increpasset,
Si pro illis decretasset,
Nec pro his decreuerit:

Cùm ergò conversionis,
Vi prædefinitionis
Non sit hæc notitia;
Numquid? quæso, hinc inferetur,
Quod hæc à Deo noscetur
Scientia media.

Solvitur Obiectio. Ad hoc igitur solvendum,
Nego quod sit asserendum,
Quod Deus non præsciit
Tyrii conversionem,
Per prædefinitionem,
Seu quia definiit.

Cùm, nisi iam decrevisset,
Nisi iam definiisset
Quod foret conuesio,
Nondum certò haberetur,
Nec subinde præsciretur
eius futuritio.

Neque

Neque exinde inferetur,
Quod iniuſtè increpetur
Iudæi obſtinatio;
Eò quod nec decernatur,
Ned adſit qua convertatur,
Hæc prædefinitio:

Decreti namque defectus,
Non impedit quin effectus
Sit verè poſſibilis,
Quia datur ad ponendum,
Non verò ad efficiendum
Quod res ſit ponibilis:

Vnde iuſtè confundetur
Iudæus, & punietur,
Quod non ſe converterit;
Cùm etſi non decernatur
A Deo, quod conuertatur,
Converti potuerit;

Sicut iuſtè increpabuntur
Mali (dum iudicabuntur)
Bonorum iudicio:
Etſi tantum pro ſálvandis,
Et non pro malis damnandis,
Facta ſit electio.

Sed

Instant. Sed addes : vnde probatur,
Quod res decreto quod datur
Non fiat poſſibilis,
Sed quod detur ad ponendum,
Non verò ad efficiendum
Quod res ſit ponibilis.

Solvitur. Reſpondetur, hoc probari,
Et ex eo demonſtrari,
Evidenti medio,
Quod ſi decretum ponatur,
Certiſſimè conſequatur
Effectus poſitio.

Vndè fit illud non dari,
Nec ad hoc deſiderari
Vt res ſit poſſibilis;
Cùm non proinde ponatur
Res, nec certò conſequatur,
Etſi ſit ponibilis.

Obiiciunt 5. Rursùs aiunt, ens futurum,
Quod ſub clauſa eſt extiturum,
Cum dicat exiſtere
Solùm ſub conditione,
Sub hac tantum ratione
Decretum exigere;

Sed

Sed ens conditionatum,
A nullo, vt tale eſt prolatum
Actuale & exercitum,
Cum omne ens actuale
Sit, hoc ipſo quod & tale
Abſolutè poſitum:

Subſumunt.

Nil ergò obeſt quod futurum
Dicatur ſic extiturum
Conditionaliter;
Etſi non ſit decretatum,
Neque ſit prædeſtinatum
De facto & actualiter:

Atqui futurum prædictum
Obiectum eſt ſtabilitum
Scientiæ mediæ;
Opus ergò quod hæc detur,
Cum obiectum aſſignetur
Prædictæ ſcientiæ.

Subſumunt iterum.

Ad hoc ergo reſponſurus
Quæro? nùm ſit conceſſurus,
Quod actu connectitur
Futurum conditione,
Cum hac futuritione
Vt dictis colligitur:

Soluitur obiectio.

Subsumo. Sed connexio actualis,
Hoc ipso quod actu talis,
Decretum præexigit,
Nèdum conditionale,
Sed etiam actuale,
Vt ens in actu exigit:

Ergò licet res futura
Sit, dumtaxat extitura
Conditionaliter,
Opus tamen quod existat,
Et in Deo præexistat
Decretum actualiter.

Confirmatur hæc solutio. Addo, quod hinc sequeretur,
Quod futurum haberetur
Decretum quòd ponitur,
Si sit hoc modo extiturum,
Quo prædictum ens futurum
Existere asseritur:

Subsumo. Atqui cum decretis pugnat,
Eisque omninò repugnat
Quævis futuritio:
Nisi velimus, quod detur,
Aut dabilis assignetur
In illis mutatio:

Cum

Cum abſolutè futurum
Sit hoc ipſo tranſiturum
Ad eſſe ſimpliciter,
Et quod ſub clausâ eſt futurum,
Sit ad eſſe tranſiturum
Conditionaliter:

Ratio ſubſumpti.

Ergò prædicta futura,
Per decreta extitura
Nequit Deus noſcere;
Sed debet pro his futuris,
Sic ſub clauſa extituris,
Decretum exiſtere.

Sed dices: Nùmquid quod datur
Decretum, ſi ſupponatur
De facto & actualiter,
Rem futuram mutaturum,
Eandemque effecturum
Se habere aliter?

Objiciunt 6.

Sed Deus noſcent futura,
Quæ ſunt ſub clausâ extitura
Mutare non dicitur;
Ergò circà hoc futurum
Tali modo extiturum,
Nil actu decernitur.

Subſumunt.

Ad

Soluitur. Ad hoc igitur ſolvendum,
Quærò ? nùm ſit admittendum,
Sitque dictu licitum,
Cum hac futuritione
Gaudere connexione
Futurum ſic cognitum ;

Subſumo. Sed priuſquam decernatur
A Deo, quod connectatur,
Non ita connectitur,
Cùm vt certum ſupponatur
Quod ex ſe non connectatur,
Sed hoc à Deo oritur :

Ergò cum nexus addatur,
Vt ſic futurum dicatur,
Numquid ? & mutatio
Ibi ſufficiens datur,
Vt petat, quod decernatur
Eius futuritio.

Obiiciunt 7. Sed inſurges ? ſi futuri,
Sic ſub clauſâ extituri
Divina ſcientia,
Nec eſt rei exiſtentis,
Nec poſſibilis manentis
Numquid erit media ?

Huic

Huic ergò, vt respondeatur,
Ibi absolutè negatur,
Quòd Deus scientiâ,
Non cognoscat hæc futura,
Sic sub clausa extitura,
Qua scit possibilia;

Soluitur obiectio.

Cum futurum hoc prædictum
Sit in numero abscriptum
Rerum possibilium,
Atque sub conditione
Gaudeant hæc ratione
Futurorum entium.

Quod vt plenè intelligatur,
Expedit, vt præmittatur,
Quod scire dividitur,
Et in scire abstractivum,
Et in scire intuitivum,
Quod alteri opponitur.

Explicatur & confirmatur solutio.

Porrò hoc scire est abstractivum,
Quod nempè est cognoscitivum
Quorumcumque entium,
Quæ physicè non causantur,
Sed quæ pro semper privantur
Iure existentium;

Cum

Cum è contra intuitivum,
Sit ita cognoſcitivum,
Vt ſolum præſentia
Per illud intelligantur,
Nec per ipſum attingantur,
Niſi exiſtentia;

Cum igitur hæc futura,
Quæ ſunt ſub clausâ extitura
Puris poſſibilibus;
Re vera aſſimilentur,
In hoc quod annumerentur
Cum non exiſtentibus,

Numquid hinc eſt inferendum,
Et pro certò aſſerendum,
Quod ipſâ ſcientiâ
Sciat Deus hæc futura,
Sic ſub clauſa extitura,
Qua ſcit poſſibilia?

Obiiciunt 8. Dicunt rurſus, quod ſciuntur
Et à Deo cognoſcuntur
Quæcumque admittimus
Conditione futura,
Quæque numquam extitura
Abſolutè dicimus;

Sed

Sed nequit imaginari,
Tot Dei multiplicari
Decreta actualia;
Cum hæc circà quæ darentur,
Non proindè ponerentur
Inter existentia:

Subsumunt.

Ergò propter hæc futura,
Sic sub clausâ extitura,
Non sunt necessaria,
Quibus prædefiniantur,
Et à Deo cognoscantur
Decreta actualia.

At cum futura dicantur,
Et vt talia noscantur
Numquid debes dicere?
Hæc ad futuritionem
Actualem connexionem,
Et ordinem dicere;

Solvitur obiectio.

Sed connexio actualis,
Sicut ordo vt actu talis,
Decretum præexigit,
Nedum conditionale,
Sed etiam actualè,
Quia actus hoc exigit;

Subsume.

Ergò

Ergò niſi admittantur,
Quibus futura noſcantur
Decreta actualia,
Nèque futurum dicetur,
Nec in Deo admittetur
Futuri ſcientia.

Confirmatur hæc ſolutio. Addo quod actualitate,
Quæ in Dei voluntate
Infinita ponitur,
Cur (etſi res non ponantur)
Decreta hæc admittantur,
Ratio colligitur.

Nam ſi ſummâ actualitate
Petitur in voluntate,
Numquid inde ſequitur,
Quod hæc actu terminatur
Ad omne ad quod comparatur,
Et quod ei obiicitur?

Subſumo. Sed eius volitione,
Aut eius nolitione.
Fit hæc terminatio:
Ergò cur circa hæc futura
Sit voluntas decretura,
Hinc habetur ratio.

Dicunt

Dicunt demùm : ſi præfata
Auguſtino explanata
Fuiſſet ſcientia,
Numquam Pelagianorum,
Quæ radix fuit errorum
Fuiſſet ſententia.

Molina in concordia.

Addunt, quod multos turbavit,
Imò errori advocavit
Auguſtini opinio,
Quod minimè accidiſſet,
Si tunc inventa fuiſſet
Media hæc cognitio.

Idem ibidem.

Quaſi verò Doctiores,
Atque ſapientiores
Noſtris ſimus Patribus,
Minorque Auguſtinianis
Fides, quam Molinianis
Sit authoritatibus.

Oſteditur futilitas obiectionis.

Quaſi verò Auguſtinus
(Etſi Doctor Aquilinus)
Turbando damnaverit
Et Molina illuminando,
Blandiendo, mitigando,
Nobis ſalus fuerit.

Quaſi

Quaſi verò in impugnando,
In errore confutando
Deus deſeruerit
Sanctiſſimum Auguſtinum,
Et flamen ſuum divinum,
Molinæ inſufflaverit.

Quaſi verò, inter tantos
Tot Doctores, & tam ſanctos
Vnus ille fuerit,
Cui medium ſalvandi,
Et libertatem ſervandi
Deus revelaverit.

Quaſi vero Ieremia,
Dum peroptat quod in viâ,
Quivis ambulaverit,
Non quidem recentiorum,
Sed in via Antiquorum,
Malè peroptaverit.

O dogma periculoſum,
Et fundamentum ruinoſum,
Futilis opinio,
Quæ titulo novitatis,
Ad minus temeritatis
Inficitur vitio!

Sed

Sed, quid dico, novitatis,
Dicamus quæ vetuſtatis
Eſt titulo fœtida;
Cùm apud Pelagianos,
Et Semipelagianos
Iam fuerit raucida,

Fauſtus namq; hoc documentum
Inculcat, vt fundamentum
Doctrinæ de gratia:
Quod Deus nil decretavit,
Niſi in quantum exploravit
Sui præſcientiâ;

Fauſtus dux Semipelagianorum lib. de gratia & humanæ mentis arbitrio c. 6. & 7.

Et quia bonos præſcivit,
Ideo prædeſtinavit
Aïebat Pelagius,
Vt teſtantur tres ad minus,
Magnus nempe Auguſtinus,
Proſper, & Hilarius.

Ex Aug. lib. de Prædeſt. Sanct. c. 18.

Quid ergo? de novitate
Gloriantur; vetuſtate
Cum fuerint rancidi
In Pelagii officina:
Qua propter dicat Molina,
Hic operam perdidi.

QVÆSTIO QVARTA,

Vtrum habeat Deus circa actus nostros liberos decreta de se efficacia, an verò purè indifferentia, & expectantia determinationem liberi arbitrii.

CVm Patres Societatis.
Reum læſæ libertatis
Putent Deum evadere,
Per hoc quod in voluntate
Præviè, & determinatè,
Vult actus decernere;

Hinc Deum aſſeruere
In nos decretum habere
Dumtaxat indifferens,
Sive conditionatum,
Et ad vtrumque paratum
Concurſum ſuum offerens.

Sic

Resolutio.

Sic quam plures Moliniſtæ,
Quibus diſſonant Thomiſtæ,
Qui hìc vnanimiter,
Petrum fore voliturum
Deum volunt decreturum
Prævié efficaciter.

Sed quam firmiter fundata,
Et leviter impugnata
Noſtra ſit ſententia:
Mox tibi ſunt oſtenſura
Ratio, Patres, Scriptura
Pro hac militantia.

Probatur 1.

Primò namque quod cauſatur,
Quia à Deo decretatur,
Numquid in Deo exigit
Cauſativum antecedens,
Et abſoluté procedens
Decretum præexigit?

Ratio assumptio

Cum cauſa definiatur,
Ex quo eſſe quò cauſatur
Abſoluté ſequitur,
Et nihil ita ſequatur,
Quamdiu ex quo derivatur
Indifferens dicitur.

Subſumo. Sed creatæ libertatis,
Sive noſtræ voluntatis
Eſt determinatio
Elicita, & cauſata,
Quia à Deo decretata
Seu Dei conſilio;

Ratio ſubſumpti. Cum illa non reſpuatur,
Quin imò recenſeatur
Inter vera entia,
Et ex Pauli authoritate,
Sua Deus voluntate
Operetur omnia:

Ergò & ad actionem,
Et determinationem,
Quam actio ſequitur,
Et efficax, & præcedens
Et abſolutè procedens,
Decretum exigitur.

Probatur. Sed ad hoc quid reſponſurus?
Si Deus eſt actus purus
Cauſativus omnium;
Numquid ergò voluntatis?
Seu creatæ libertatis
Cauſat exercitium?

Sed

Sed voluntas exercetur,
Per hoc quod determinetur
Ipſius ſuſpenſio;
Numquid ergò à Deo datur?
Et à Deo derivatur
Hæc determinatio?

Subſumo.

Sed ab indeterminato,
Quamdiu taliter ſpectato,
Hæc minimè oritur:
Ergò, per determinatum,
Non per indeterminatum
Hoc Deus exequitur:

Subſumo 2.

Atqui, ſi quid exequatur,
Illud Deus operatur
Decernendo hoc facere:
Hunc ergò determinatè,
Non verò indeterminatè
Oportet decernere.

Subſumo 3. Ex D. Paulo.

Sed reſpondeat cor tuum
Nùm, dicat aſſertum ſuum
Eſſe irriſorium;
Si vult quod, ſi quis videret,
Tunc Deus illi præberet
Lucis adiutorium;

Probatur 3.

Ratio assumpti. Cùm ad hoc vt videatur
Lux illa prærequiratur,
Sicque vt fiat visio
Lux sit à Deo præbenda,
Non verò sit hæc ponenda
Si hæc fiat actio.

Subsumo. At qui, & ad velle tuum,
Velle meum, velle suum
Magis prærequiritur
Velle Dei, cùm dicatur
Esse ad quodvis quod datur
Causa quæ requiritur:

Ergò non es asserturus,
Quod sit Deus voliturus,
Si volo, aut voluero,
Vel certè non conquesturus,
Si dictum tuum irrisurus
Ridiculum dixero.

Probatur 4. Certè si modus agendi
Modum sequitur essendi
Vt adsit proportio:
Numquid primus in essendo.
Primus erit in volendo,
Et hoc necessariò?

Sed

Sed non verificaretur, *Subſum.*
Quod primus ſic haberetur,
Si non ſic decerneret
Erga nos determinatè,
Sed ſolùm conditionatè
Decretum eliceret;

Cùm vt determinaretur, *Ratio ſubſumpti.*
Iam ab eo expectaretur
Humana volitio;
Cúmque eſſet præviſurus,
Quid Petrus eſſet acturus
Sub tali auxilio:

Ergò non conditionatum,
Neque indeterminatum,
Nec ſolùm concomitans
Eſt decretum, ſed procedens,
Sed abſolutè procedens,
Sed nos prædeterminans.

O quam dignè de hoc fatur, *Probatur quintò authoritatibus.*
Quam dignè Philoſophatur
Doctor ille gentium,
Dùm perficere, & velle
Nobis non tribuit ille, *Ad Philipp. 2.*
Sed auctori cordium.

Quia, vt ille testatur,
Deus est qui operatur,
Et velle, & perficere;
Numquid est, & decreturus
Præuiè, cùm sit acturus
Quia vult decernere.

Certè, si ait Scriptura,
Esther 13. Quod dùm creatrix natura
Isaja 14. Vult quidquam decernere,
Non est qui ipsi volenti,
Sive Deo decernenti,
Potens sit resistere;

Quo iure potest licere
Decreta Dei docere
Fore indifferentia,
Cum exinde inferretur,
Quod actu componeretur
Cum his resistentia.

Epist. 107. ad vitalem. His subscribit Augustinus,
Doctor noster Aquilinus,
Qui nos ex nolentibus
Fieri à Deo volentes
Docet, & consentientes
Ex dissentientibus.

Qui

Qui vult homines acturos,
Et actum elicituros
Per hoc quod accipiant
Vires à Deo efficaces,
Quibus, etsi pertinaces
Facit ille vt faciant.

De grat. & lib. arb. c. 16.

Qui vult regis voluntatem
(Quamvis ille libertatem
Habeat plenissimam)
Deum tamen convertisse,
Et aliò transtulisse
Per vim potentissimam.

Lib. 2. contra duas Epistolas Pelagian. c. 2.

Qui demùm quam profitemur,
Et quam primò confitemur
Docet fidem ruere,
Si Deo omnipotenti
Quid erga nos decernenti
Possimus resistere.

In Enchirid. c. 95.

Sed hæc non verificantur,
Si decreta agnoscantur,
Non ex se efficacia,
Sed tantum conditionata
A quibus sit derivata
Indifferens gratia.

Subsumo.

Quodlib. 12. art. 5.

Ergò ex magno Auguſtino
Ex Doctore Aquilino
Non indifferentia
Sunt in Deo admittenda,
Sed verè ſtabilienda
Decreta efficacia.

At numquid & his ſubſcribit
Thomas noſter, quando ſcribit,
Dei Providentiâ,
Nedum fuiſſe ordinata,
Sed, & prædeterminata,
Non plura, ſed omnia?

Ad Annib. Diſt. 41. qu. unica art. 4.

Qui divinam voluntatem,
Nedùm rerum entitatem
Produxiſſe aſſerit,
Sed quod modum quò aguntur
Et quo de facto ponuntur
Prædeterminaverit.

1. p. q. 19. art. 8. & opuſc. 2. c. 140.

Qui in noſtra libertate,
Vt cum Dei voluntate
Salvet contingentiam,
Et divinæ voluntatis,
Eiuſque cauſalitatis
Affert efficaciam.

Qui

Qui demùm inquit, dicendum,
Quod si Deus ad volendum
Humanum cor moverit,
Non possit illud supponi,
Et cum eodem componi
Quod cor non voluerit.

11. Qu. 10. art. 4. ad 4.

Atqui, hæc minimè starent,
Si sanctus hìc recusaret
Decreta efficacia;
Ergò sunt hæc admittenda,
Et hoc ipso excludenda
Conditionalia.

Subsumo.

At qui nobis adversantur,
Vt suo confodiantur
Hìc aperto gladio,
Ostendamus non nocere,
Sed magis ille favere
Libero arbitrio.

Probatur ultimo refutando fundamentum adversariorum.

Nam primò, cum supponatur,
Quod Deus causa dicatur
Liberi arbitrii,
Et per sui voluntatem,
Per quam causat libertatem
Sit causa exercitii;

Prima ratio qua componitur cum efficaciâ & antecedentia decretorum libertas arbitrii.

Cùmque à neminè dicatur,
Quod à causâ destruatur
Effectus qui ponitur:
Quo iure hæc vt causativa,
Erit eius destructiva
Quod ab illa oritur?

Subsumo: Sed hæc tunc causa censetur,
Quando prævie habetur
Ad id quod producitur:
Hac ergò vt præcedente,
Seu prævie decernente
Libertas non tollitur.

3. Ratio. Rursùs si semel ponatur
Quod decretum id quod datur
Sit efficacissimum,
Sit absolutè procedens,
Determinatum, præcedens,
Atque potentissimum.

Numquid exinde infertur,
Quod quidquid decreto fertur,
Debet id omne effici,
Et quod (ne illud frustretur)
Si hoc modo decretetur
debet ita elici?

Sed

Sed ab eo decretatur, *Subſume.*
Quod actus eliciatur
Ab homine liberè,
Cùm non tantum quod cauſatur,
Sed & modum quo agetur
Debeat decernere;

Ergò ſi ſemel dicatur,
Quod decretum id quod datur
Sit efficaciſſimun,
Hinc pro certò inferetur
Illud, ad quod id ponetur
Futurum liberrimum.

Demùm, etſi hoc futurum, *3. Ratio.*
Etſi Petrum hoc acturum
Deus ſic decreverit,
Quod illum ad hoc agendum,
Sicùt & ad hoc volendum
Prædeterminaverit;

Numquid quod ſic decernetur
Adhuc Petro proponetur
Cum indifferentiâ;
Cùm quantumvis decernatur,
Non propterea dicatur
Ens continens omnia?

Sed

Subſumo. Sed neceſſe eſt voluntatem,
Ad obiecti bonitatem
Ferri vt proponitur,
Quippe quæ cognitionem,
Seu ducentem rationem
Ex natura Sequitur:

Ergò ad id quod decernetur
Voluntas adhuc feretur
Cum indifferentia,
Quamvis prædeterminetur,
Et à Deo decretetur
Cum ſummâ efficaciâ.

Obiiciunt 1. Sed aiunt, vt libertate
Et liberâ voluntate
Gaudeat arbitrium,
Numquid illud vt acturum
Eſt hoc ipſo habiturum
In actu dominium?

Subſumunt. At Dominio careret,
Si actus ille penderet
A decreto præuio,
Quando quidem tunc carebit,
Supra id à quo pendebit
Præfato dominio:

Ergò

Ergò vel reiiciendum,
Vel si semel admittendum
Decretum hoc præuium,
Dicendum quod libertate,
Seu liberâ voluntate
Carebit arbitrium.

Sed huic primò respondetur
Quod (vt Pereira fatetur)
Hæc est differentia
Inter liberum creatum
Et liberum increatum
Quantum ad dominia,

Soluitur primò cũ Pereirâ authore Societ. in sua Philosophia l. 8. de causis c. 9.

Quod istud cum independens,
Cùm à nullo sit dependens,
Cùm nullo indigeat,
Supra cuncta aquibus actus
Dependet, quando est factus
Dominium habeat:

Libertas autem creata,
Cùm non ita denudata
Sit à dependentia,
Sed subdita in essendo,
Subdita sit in agendo
Et quantum ad omnia;

Hinc

Hinc fit non esse dicendum,
Ita fore extendendum
Ipsius dominium,
Vt ad cuncta extendatur,
A quibus actus causatur
Et ad omne prævium;

Cùm tunc verificaretur,
Quod ad hæc extenderetur
Quibus debet subiici,
Vt ad Dei voluntatem,
Et primævam libertatem:
A qua habet effici.

Solvitur 2.

Vel, vt aliter solvatur
Dicamus, quod si non datur
In decretum prævium
Dominium sic activum,
In illud tamen passivum
Habetur Dominium:

Sivè illud vt effectum,
Et quasi si sibi subiectum
Non habet arbitrium;
Illud tamen libertatis,
Et liberæ voluntatis
Habet, vt principium;

Cùm

Cùm ab illo oriatur,
Quod actus noster ponatur
Cum indifferentiâ,
Eò quod actus, qui datur
A decreto attingatur
Modus, & substantia;

Sicque, & si non activum,
In illud tamen passivum
Habemus dominium;
Et sic magis per hoc datur
Quam, vt aiunt, destruatur
Liberum arbitrium.

Sed ab illis iam instatur,
Quod hic actus reputatur
Non esse impedibilis,
Qui ex causâ derivatur
Quæ, in quantum operatur
Est inimpedibilis;

Obiiciunt 2.

Sed decreta quæ ponuntur,
Hoc ipso quod supponuntur
Ex se efficacia,
Nec vllius potestate,
Nec vllius libertate
Sunt impedibilia;

Ergo

Ergò erit, quod ponetur,
Eò quod ſic decretetur,
Inimpedibiliter,
Sicque minimè futurum
Liberè, cum eventurum
Non ſit fallibiliter.

Soluitur obiectio.

Ad hoc ergo! reſponſurus
Cum tria ſim adducturus,
Tribus ſolvam vicibus:
Explicando, refutando,
Ipſis demùm obiurgando
Id obiicientibus.

Quando nam ex cauſa inimpedibili ſequitur effectus inimpedibilis.

Hoc ergo! verificatur
Si cauſa quæ operatur
In impedibiliter,
Rem taliter operetur,
Vt ab eâ non cauſetur
Res vniverſaliter;

Secus verò ſit in agendo
Sit ſicut & in eſſendo
Vniverſaliſſima,
Cùm tunc nedum entitatem,
Sed & actus libertatem
Cauſet, imò & minima:

Sed decreta quæ ponuntur, *Subſumo.*
Hoc ipſo quod ſupponuntur
Ex ſe efficacia,
Cùm ſint Deus in eſſendo,
Debent eſſe in agendo
Sic vniverſalia;

Ergò, quæ per hæc cauſantur
(Quantumvis hæc ſupponantur
Inimpedibilia)
Non propterea cenſenda
(Si liberè ſint agenda)
Fore neceſſaria.

Vndè inſurgo in arguentem, *Refutatur & retorquetur argumentũ.*
Ex argumento inferentem,
Quod ſit impoſſibile
Hoc liberè exiturum,
Si decretum, quo eſt futurum
Sit inimpedibile:

Sed per illud decretatur, *Subſumo.*
Quod actus quem operatùr
Liberum arbitrium,
Sit, nedum in ſe exiturum,
Sed & liberè futurum
Iuxta modum proprium;

Ergò

Ergo ex eo quod dicatur,
Quod per decretum ponatur
Verè inimpedibile,
Sicut non esse exciturum;
Sic nec liberè futurum
Erit impossibile.

Quod prædictū argumentum magis noceat arguenti quam faveat.

Sed miror quod adversantes
Nobis ibi increpantes
Minimè adverterint;
Quod in terrâ alienâ
Festucam, & in interna
Hi trabem non viderint.

A Xisto IV. ann. 1476. ut refert Sylvius in Opusc. de primo motore; & 1. p. q. 19 art. 8

Hæc enim fuit damnata
Proscripta, & declarata
Falsa propositio:
Quod debet ex causa oriri,
Quæ non potest impediri,
Hoc fit necessariò.

Subsumo.

Sed hoc ab illis docetur,
Et apud eos habetur
Prorsus invincibile;
Ergò, dum ibi impugnant
Dictum quod nostri propugnant,
Horum est damnabile.

Iam

Iam quærunt nùm connectatur
Effectus, qui decretatur,
Essentialissimè
Cum diuina voluntate,
Prout summâ potestate
Vult efficacissimè;

Obiiciunt 1.

Atqui connexio talis,
Seu quæ est essentialis,
Est inimpedibilis:
Ergò effectus, vel actus,
Qui fuit sic decretatus,
Non est impedibilis.

Subsumunt.

Huic ergò vt respondeatur,
Dico quod, cùm oriatur
Actus de quo est quæstio,
Et ex Dei voluntate,
Et ex nostra libertate,
seu libero arbitrio;

Soluitur Obiectio.

Cùmque (licet connectatur
Cum decreto à quo causatur
sic essentialiter)
Sit cum nostra voluntate,
Atque vertibilitate
Nexus fallibiliter:

Hinc

Hinc reſpectivè ad Deum,
Non autem ad velle meum
Eſt inimpedibilis;
Sicque liberè cauſatur,
Cùm à me non oriatur,
Niſi vt impedibilis.

Confirmatur Reſponſio adducta.

Nec mirùm debet videri,
Quod dicamus hunc haberi
Vt inimpedibilem
Erga Deum decernentem,
Et erga me elicientem,
Hunc eſſe impedibilem;

Cùm & ipſi fateantur,
Quod actus quandoque dantur
De lege ordinariâ,
Qui ſimul & libertate
Gaudent, & neceſſitate
Reſpectivè ad varia:

Fatentur enim amorem,
Quem Chriſtus in creatorem
Vt viator habuit,
Neceſſarium fuiſſe,
Et liberum extitiſſe
Erga nos, vt decuit.

Vrgent

Vrgent inde fequuturum, Obiiciunt 4.
Deum nos obligaturum
Ad quid impoſſibile,
Nec omne ad quod teneremur,
Et ad quod obligaremur,
Forè tunc factibile.

Si namque ad legem tenemur,
Si ad præceptum obligemur
Quoad exiſtentiam,
Seu quoad ipſum impleri,
Nec ſufficiat haberi
Implendi potentiam:

Cùm, ſi ſemel ſupponatur,
Quod odium decernatur
Ita efficaciter,
Non ſit tunc amoris actus,
Qui non fuit decretatus,
Niſi poſſibiliter;

Numquid inde ſequeretur?
Quod homo tunc teneretur
Ad quid impoſſibile,
Cùm id ad quod teneretur,
Modo quo obligaretur,
Non eſſet factibile.

At

Soluitur Obiectio.

At ex dictis respondetur,
Quod quantumvis decretetur
Actus ille odii,
Et respectiuè ad Deum
Repugnet quod velle meum
Sit actus contrarii;

Ergà tamen voluntatem,
Seu creatam libertatem
Ac indifferentiam,
Amor ad quem obligatur,
Non repugnat quod ponatur
Quoad existentiam;

Vndè cum lex, & præceptum,
Suum ad nos dicant respectum
Cùm nobis præcipiant.
Nec quo prædeterminamur
Ad id, ad quod obligamur
Decretum respiciant:

Numquid falsò inferretur,
Quod hinc homo teneretur
Ad quid impossibile,
Cùm ad nihil teneatur
Quod, modo quo obligatur,
Non sit tunc factibile?

Sed qui nobis adverſantur,
Vt ſuo confodiantur
Hìc aperto gladio,
Quæro de lege, quæ datur,
Nùm pugnet quod impleatur?
Dùm ipſa ſit fractio:

Retorquetur argumentum propoſ. ũ.

Sed in ipſa fractione,
Adhuc obligatione
Legis ligat ratio;
Alioquin non frangetur,
Si dùm actu non impletur,
Non ſit obligatio:

Subſumo.

Ergò hinc ſequi videtur,
Quod ad quid homo tenetur.
Quod ſit impoſſibile;
Cùm quandoque obligetur,
Et illud quod non impletur,
Non ſit tùnc implebile.

Ad hoc ergò quid dicturi
Quid ad hoc ſunt reſponſuri?
Niſi quod reſpondimus,
Dum ſupra ab illis obiectum,
Et in eoſdem reiectum
Argumentum ſolvimus?

Quod ſcilicet cum præceptum
Suum ad nos dicat reſpectum,
Vt vtrumque poſſumus,
Hinc ſi quid præcipiatur
In nobis eſt, ne frangatur
Si frangere nolumus.

Obiiciunt vltimo.

Dicunt demùm nos relictos,
Et in manu conſtitutos
Proprii conſilii,
Vt nobis in eligendis,
Et in liberè agendis
Simus conſiliarii;

Subſumunt.

Sed hoc non verificatur,
Si à nobis ſupponatur,
Quod prædefinierit
Omnes Deus actiones,
Singulaſque electiones
Prædeterminaverit.

Ergò non eſt admittenda,
Circà liberè agenda,
Hæc prædefinitio,
Vt homo conſtituatur,
Et à Deo relinquatur
In ſui conſilio.

Sed

Sed, ad iſtud reſpondetur,
Quod cum Deus operetur
Secundum conſilium
Sui ipſius voluntatis,
Quæ noſtræ ſunt libertatis,
Cùm ſit cauſa omnium;

Solvitur obiectio.

Nos quidem deliberantes,
Nobiſque conſiliantes,
Reliquit, & ſtatuit,
Sed primi deliberantis,
Primique determinantis
Sibi munus voluit.

Vndè hinc quidem habetur,
Quod homo determinetur,
Quia ſe determinat,
Sed cùm non ſit primus motor,
Nec primus conſiliator,
Solum poſt determinat.

Sed antequam concludatur,
Placet quod hìc oſtendatur,
Quanta ſit diviſio
In Patrum Societate,
Et in haccè civitate,
Quanta contradictio.

Lib. 1. de absoluta scientia futur c. 3. num. 14.

Si namque Suares fatetur,
Quod à Deo non videtur
Creaturæ actio,
Vt ab ipsa derivatur,
Quin hoc ipso videatur
Divina volitio:

Numquid? dum talia dicit,
Sibi ipsi contradicit,
Qui, nisi præviderit
Deus, quid sim ego acturus,
Vult, quod non sit decreturus,
Nec adhuc voluerit;

Lib. 1 de concursu Dei c. 15. num. 5.

Quique à Deo expectari,
Quid velis tu operari
Priusquam decreverit
Docet, etsi velle tuum,
Priusquam decretum suum
Dicat, quod non viderit.

Lib. 1. de absoluta scientia futur. c. 3.

Sed ostenso, hac ratione,
Quod in contradictione
Sit, magnus Suaresius,
Iam ostendamus ex textu,
Quod hoc laboret defectu
Subtilis Vasquezius.

Ex

Et textu enim habetur,
Quod talis à Deo detur
Congrua vocatio,
Vt ſit in ea viſurus
Deus, quod tu conſenſurus
Tanquam in principio:

11. Diſp. 189.c.4. num.118. & 119.

Sed ex eodem habetur,
Quod à Deo hæc derivetur,
Eo quod decreverit,
Seu quod hanc vocationem,
Per ſui anteceſſionem,
Decretum cauſaverit;

Subſumo ibidem.

Ergò ad futuritionem,
Ille anteceſſionem
In decreto poſuit,
Qui illud vocationis,
Sicque futuritionis
Cauſam eſſe docuit:

Sed hoc eſt, quod hic negavit,
Vbi Deum affirmavit
Conſenſum decernere,
Dumtaxat concomitantur,
Et minimè antecedenter
Decretum elicere:

Subſumo 2. 1.p diſp. 89.c.10. n.93. & 94.

Ergò Vaſquez iugulatur,
Confunditur, confutatur.
Ab ipſo Vaſqueſio;
Eſtque, apud tam habilem,
Tam acutum, tam ſubtilem,
Clara contradictio.

Quod ſi contradictione,
In ſui defenſione
Regnum hoc dividitur,
Numquid debemus ſperare
Quod (vt licet peroptare)
Tandem deſolabitur?

QVÆSTIO QVINTA,

Vtrum prædestinatio fuerit facta ex meritis prævisis, an verò ante prævisa merita.

DVm prædeſtinationis,
Nec non reprobationis,
Arcana ingredimur,
Sicut difficiliora,
Sic periculoſiora
Myſteria aggredimur.

In his namquè laboravit,
Et circà hæc exclamavit,
Doctor ille gentium:
O altitudo ſcientis!
O quam Dei Sapientis
Obſcurum iudicium!

Vnde hæc ſunt,quæ pertractanda,
Et veluti ponderanda
Ad pondus ſanctuarii,
Vt ſacræ ſint veritates,
Et Patrum authoritates,
Ratio iudicii.

Porrò hic eſt ſupponendum,
Sermonem eſſe habendum,
Quoad hanc materiam,
Non circà executionem,
Sed circa intentionem
Eligendi ad gloriam.

Nam ſi gloriâ futurâ
Sit anima fruitura
Suo tanquam præmio,
Numquid ? merita ſupponet,
Et opera præſupponet
Eius conſecutio ?

Circà ergò intentionem,
Sivè circa electionem.
Erit nobis quæſtio,
An ſcilicet antecedat,
Et tanquam cauſa præcedat
Meriti electio ;

Sivè an Deo eligente,
Et gloriam intendente
Hoc fiat ex gratiâ,
An verò, ob merita visa,
Et vt motiva prævisa,
Fiat ex Iustitiâ.

Resolutio.

Hoc asserunt Molinistæ.
Quibus dissonant Thomistæ:
Qui prius ad gloriam
Volunt Deum elegisse,
Ob quam dicunt intendisse
Hanc mœrendi gratiam.

Probatur 1.

Si namque Deus vt talis,
Sit summè intellectualis,
Quis inficiabitur,
Quod Deus operaturus
Sit, propter finem acturus
Quidquid operabitur;

Subsumo.

Atqui Deus operatur,
Hoc ipso quod affirmatur
Eligere media,
Ad Dei possessionem;
Gloriæque adeptionem
Certò perducentia;

Ergò ex fine præconcepto,
Iam intento, & prælecto,
Hæc media eligit;
Vel certè Deus, vt talis,
Non eſt intellectualis,
Si ad finem præeligit:

Subſumo iterum.

Sed finis tunc prælectus,
Intentus, & præconceptus,
Eſt futura gloria;
Cum aliò non conducant,
Nec ad aliud perducant,
Quæ eligit media:

Ergò, dum media elegit,
Iam gloriam prælegit,
Nec horum electio,
Hanc intentam anteceſſit,
Sed dicendum, quod præceſſit
Gloriæ intentio:

Subſume 3.

Sed merita annumerantur
Inter hæc, quæ aſſignantur
Eligenda media;
Cum in executione
Meritorum ratione
Futura ſit gloria:

Non

Non igitur Moliniſtæ
Verum dicunt, ſed Thomiſtæ,
Qui prius ad gloriam
Volunt, Deum elegiſſe,
Ob quam dicunt intendiſſe,
Hanc merendi gratiam.

At, numquid hoc confirmatur,
Ex eo quod affirmatur
Vt dictum veriſſimum,
Primum eſſe intentione,
Quod in executione
Eſt omnium vltimum;

Confirmatur adducta ratio.

Sed in executione,
Seu in aſſecutione
Poſtremò, eſt gloria,
Quam prout actu collatam,
Et nobis communicatam,
Antecedunt media;

Subſumo.

Non ergò ſunt Moliniſtæ
Audiendi, ſed Thomiſtæ
Qui prius hanc gloriam
Volunt Deum intendiſſe,
Ob quam dicunt contuliſſe
Hanc merendi gratiam.

Respondent 1. aduersarÿ.

Ad hæc tamen infringenda,
Solvenda, aut eludenda,
Respondet Vasquesius,
Finem non prius intendi,
Quando ad hoc debet attendi
Voluntas alterius.

Patet inquit, in parente,
Litteratum intendente
Euadere Filium,
Pro quo, & sua consumit,
Efficaciterque assumit,
Et eligit medium;

Nec tamen finis intentus
Est à patre præintentus
Ita efficaciter,
Quia quantum vis hic velit,
Potest filius si nolit,
Disponere aliter:

Subsumunt.

Sed gloriæ, quam intendit
Deus; siue præintendit
In suo Consilio,
Ab humanâ voluntate,
Eiusdemque libertate
Pendet assecutio:

Ergò

Ergò dato quod intenta
Fuerit, & præintenta
Hæc inefficaciter,
Non debuit, nisi electa
Sint media, & præconcepta
Intendi efficaciter.

Sed quæro? à respondente,
Nùm, Augustino dicente,
Quod non tam cor habeat
homo in sui voluntate,
Quam in sui potestate
Deus, huic consentiat?

Refutatur 1. ex August. Lib de Corrept. & grat. cap. 14. & retorquetur hæc responsio in aduersarios.

Numquid? ergò in potestate
Et in Dei voluntate
Erit ipsa gloria,
Vt mœrenda, & acquirenda;
Cùm sit illa sic habenda
In cordis potentia?

Sed in responso fatetur,
Quod, quando finis habetur
In agentis manibus,
Tùnc cum effectu est intentus,
Mediisque præintentus,
Etsi efficacibus;

Subsume.

Ergò

Ergò adhuc eſt intenta,
Et meritis præintenta
Gloria efficaciter;
Vel eſt ille, vt eludatur
Argumentum, & ſoluatur,
Reſponſurus aliter.

Refutatur 2. Rurſus quæro à reſpondente?
Nùm Deo ſic eligente
Media efficacia,
Vt finis ad quem conducunt,
Et cum effectu perducunt,
Intenta ſit gloria.

Subſumo Sed finis huius habetur
(Vt communiter docetur)
Efficax intentio,
Propter quem fit mediorum
Cauſâ eius electorum
Efficax electio,

Ratio ſubſumpti. Cùm tùnc cauſa electionis,
Finiſque aſſecutionis
Sit talis intentio,
Atquè ex illa oriatur,
Et cum effectu ſequatur
Finis conſecutio:

Ergò

Ergò fuit hæc intenta,
Et meritis præintenta,
Tanquam finis gloria,
Non quomodocumque (vt dicit
Qui nobis hic contradicit)
Sed cum efficaciã.

Demùm quæro à respondente?
Nos hoc exemplo arguente,
Nùm sit desiderium,
Vt quis fiat litteratus,
Et in pluribus versatus,
Requisitum medium:

Refutatur 3.

Atqui in manu parentis,
Litteratum intendentis
Evadere filium,
Non est (vt ille fatetur)
Quò filius inclinetur
Tale desiderium;

Ergò sibi contradicit
Author ille, quando dicit,
Patrem efficaciter
Media apposuisse,
Neque finem intendisse,
Nisi inefficaciter.

Sed

Respondent 2.

Sed aliter reſpondetur ;
Verum quidem quod docetur ;
Dùm dicitur gloria
Tanquam finis præceſſiſſe,
Sivè Deum elegiſſe
Propter illam media ;

Cùm hoc tamen poteſt ſtare,
Nec videtur repugnare
Media antecedere,
Et glorificationem,
Eiuſdemque intentionem
In alio genere :

Seu quod non tanquam finalis,
Sed tanquam cauſa moralis,
Atque meritoria,
Gloriam nobis intentam,
Et vt finem præintentam,
Præceſſerint media.

Refutatur primò adducta reſponſio & confirmatur præcedent reſolutio.

At quæro, vt explodatur
Quæ hìc reſponſio datur,
Numquid, debent media
Eſſe, ad hoc vt merendi
Ius habeant, & movendi,
Viſa vt exiſtentia ?

Atqui

Atqui esse ita visa,
Et simul esse prævisa
Priusquam intenderit
Deus finem ad quem ducunt,
Et ad quem certò perducunt,
Nemo est qui dixerit;

Subsume.

Eò quod sic esse visa
Non possint, nisi præuisa
Sit causa efficiens;
Et hæc non præuideatur,
Nisi finis supponatur,
Propter quem est faciens:

Ratio sub-sumpti.

Falsum ergò posse stare,
Nec videri repugnare
Media antecedere,
Non glorificationem,
Sed eius intentionem
In aliquo genere.

Addo: si sit ex vocante,
Non autem ex operante
Hominum electio,
Vt Paulus ipse testatur,
Ita quod non supponatur,
Ad hanc operatio:

Refutatur 2. & confirmatur resolutio.

Numquid

Numquid qui ex operante
Diceret, non ex vocante,
Paulo contradiceret,
Cum dicti à Paulo prolati,
Et fideliter relati,
Oppositum diceret?

Subsume. Atqui, si quæ operamur,
Dum Deo cooperamur,
Possent antecedere
Opera Electionem,
Et prædestinationem
In aliquo genere;

Tunc nostra ex operante,
Et non præcisè ex vocante
Fieret electio;
Et ita Paulo hoc neganti;
Et aliud affirmanti,
Foret contradictio:

Falsum ergò posse stare,
Vt dicunt, nec repugnare
Merita antecedere,
Nedum assecutionem,
Sed præmii intentionem
In aliquo genere.

Sed

Sed ad hoc quid reſponſurus ?
Si Deus eſt actus purus,
In ſe claudens omnia;
Numquid, erit in volendo
Sibi finis, ne agendo
Sit in indigentiâ ?

Probatur 2.

Sed ſi ſemel ſupponatur,
Quod meritis moveatur,
Vt electis præmium
Velit Deus, & intendat,
Ita quod prius attendat,
Ad meriti prætium;

Subſumo.

Vt vellet, non ſemetipſum,
Sed aliud, quam Se ipſum,
Tùnc finem agnoſceret,
Cum tùnc prædeſtinatorum
Intuitus meritorum,
Ad velle alliceret:

Non ergò, ob merita viſa,
Et vt motiva præviſa
Intenditur gloria;
Sed, cum bonus ſit, dilexit,
Et diligendo attraxit
In miſericordiâ,

Hieremiæ 31.

Certè

Probatur 3. Certè si quod assumatur
Hic, & alter relinquatur,
Est ita inscrutabile,
Ad Roman 11. Quod à Paulo iudicetur,
de prædest. sanct cap. 7. Vt Augustinus fatetur,
Incomprehensibile;

Numquid hæc periculosa?
Ne dicam Paulo exosa
Est dicenda opinio,
In qua, cur hic eligatur,
Dum alius reprobatur,
Assignatur ratio?

Subsumo. Sed si ex meritis visis,
Et vt motivis prævisis
Fieret electio,
Cur vnus assumeretur
Ratione solveretur
In soluta quæstio;

Ratio subsumpti. Cùm tùnc verificaretur,
Quod ille assumeretur,
Eo quod meruerit,
Seu quia prævideretur,
Quod eligi mereretur,
Et hic demeruerit.

Quæ

Quæ ergò ad electionem
Meritorum, rationem
Aſſignat ſententia,
Eſt illa periculoſa,
Ne dicam Paulo exoſa,
Atque temeraria.

Hoc autem, vt pertractetur,
Et veluti ponderetur
Ad pondus ſanctuarii,
Iam eamdem veritatem,
Per ſcripturæ authoritatem,
Diſcant aduerſarii.

Probatur authoritatib. ſcripturæ 9.

Nam primò, ſi regnum datur,
Vt in ſcripturâ notatur,
Quia Patri placuit,
Numquid ei contradicet,
Qui hoc ſibi dari dicet,
Quia iuſtè mæruit?

Luc. 12.

Si Deus, vt ſancti eſſemus,
Eumque conſpiceremus,
Nos in Chriſto elegerit,
Numquid, falſum elegiſſe;
Eò quod ſanctos fuiſſe
Futuros præuiderit?

Ad Ephes. 1.

Si

Ad Ephes. 1. Si forte sumus vocati,
A Deo prædestinati,
Iuxta quod proposuit,
Qua fronte fuit prolatum
Meritis prædestinatum,
Qui forte hoc habuit?

Ad Roman. 9. Si cùm nondum nati essent,
Nec quid adhuc boni egissent,
Hunc Deus dilexerit;
Et hoc ex Deo vocante,
Non ex Iacob operante,
Dictum solùm fuerit:

Ad Roman. 9. Si vt Paulus profitetur,
Huius Deus miseretur,
Eò quod voluerit;
Nec huius misereatur,
Exodi 33. Nequè clemens habeatur,
In quem non placuerit:

Ad Roman. 11. Demùm, si est miserentis,
Non volentis, nec currentis;
Quo iure audes dicere,
Intuitu meritorum,
Et operum futurorum
Deum nos eligere.

Fortè,

Fortè, ne ſi ita agatur,
Deus iniuſtus dicatur,
Sed hìc reminiſcere,
Nos ante Deum nil eſſe,
Subindeque in nullo poſſe
Deum redarguere.

Reſpondent.

Refutatur ex apoſt. ad rom. 11.

Numquid, ei qui ſe finxit
Figmentum hactenus dixit
Cur ſic, non ſic fecerit;
Cur vas illud in honorem
Fecit, & hoc in decorem
Facere noluerit?

Ex epiſtola ad Rom. 9.

An non habet poteſtatem,
Ius, virtutem, libertatem
Quà poſſit diſponere
Partem luti in vas honoris,
Et partem, non vas decoris,
Sed contemptus facere?

Ibid.

Cùm ergo; vt Deus teſtatur,
Homo vt lutum habeatur
In eiuſdem manibus,
Numquid, etſi, ita agatur,
Adhuc iniuſtè increpatur
Deus ab hominibus.

Hieremiæ 18.

Nequè

Explicant aduersarii dictum illud Pauli de Iacob. Esaü.

Neque putent tam præclarum,
Tam evidens, & tam clarum
Dictum Pauli eludere,
Dicendo de temporali
Inter fratres inequali,
Hìc sermonem facere.

Impugnatur hæc aduersariorum explicatio

Nam si in sensu Litterali,
De terreno, & temporali
Paulus ibi loquitur,
Iacob tamen electorum,
Vt Esaü reproborum
In typum inducitur:

Bellarm. lib. 2. de grat. cap. 10. D. Th. 1. p. Qu. 21. art. 3. & ad Rom. 9. lect. 2. magister sent. in 1. sent. Dist. 41.

Sic assumit Augustinus,
Sic suadet Bellarminus,
Sic pluries docuit
Thomas, sic egregiarum
Magister sententiarum
Expressè asseruit.

Cùm ergò ex Deo vocante,
Non ex Iacop operante
Dictum ibi fuerit,
Quòd cùm nondùm nati essent,
Nec quidquam boni egissent,
Hunc solum dilexerit;

Numquid

Nùmquid ex Deo eligente,
Non ex electo movente
Electio ponitur,
Si Iacob in electorum,
Vt Esaü reproborum
In typum inducitur.

Huic Augustinus subscribit, *Lib. de corep. & grat. cap. 6.*
Qui de Apostolis scribit,
Quod misericordiâ
Electi ad regnum fuere,
Quo quidam non peruenere
Per iusta iudicia.

Qui vult, quod æterna vita, *De grat. & lib. arb. cap. 9.*
A Paulo fuerit dicta
Ipsa Dei gratia,
Vt hinc intelligeretur,
Quod quivis, huc duceretur
Ex misericordiâ.

Qui quos de mundo vocavit *In lib. soliloq. cap. 18.*
Deus, & iustificauit,
Illos sine meritis
Fuisse prædestinatos
Dicit sicut & vocatos,
His nondum præhabitis.

Sed, in hoc diſcutiendo
Et magis aperiendo
Placet, hìc adducere,
Quæ vnus ſocietatis
In favorem veritatis,
Coactus eſt dicere.

Herice author ſociet. diſp. 23. cap. 6. num. 63.

Nam ait: electionem,
Seu prædeſtinationem
Fieri ex gratia,
Doctrina Auguſtiniana,
Et Auguſtini germana,
Sic docet ſententia;

Quod niſi aduersùs ſtarent
Quam plura, & militarent
Contra hanc Sententiam,
Eſſet pro certò tenendum,
Fore quemvis eligendum
Gratuitò ad gloriam.

Quod ſi hoc confiteantur
Qui nobis hìc adverſantur,
Quid ergò adhuc teſtibus
Egemus in referendis,
Et magis diſcutiendis
Auguſtini ſenſibus?

At:

At: qua fronte ab Auguſtino,
A Doctore Aquilino,
Auſi ſunt recedere,
Et ab Auguſtinianâ,
Sic aberrantes doctrinâ,
Auſi ſunt hoc dicere.

An fortè non meminerunt,
An increduli fuerunt
Summis Pontificibus,
Nos ad Auguſtini dicta,
Et in hoc ab eo ſcripta,
Cunctos remittentibus?

Hormiſdas in Epiſt. ad Poſſeſſorem Epiſcopum: Et Ioann. 2. In Epiſt. ad Avienium Senatorem.

O nimis præſumptuoſa!
O ſententia exoſa
Veris corde humilibus!
Quaſi verò doctiores,
Atque ſapientiores
Noſtris ſimus Patribus.

Sed vt plenè elucidetur,
Pleniuſque evacuetur
Reſoluta quæſtio,
Juvat quod argumentorum
Nobis ibi obiectorum,
Fiat reſolutio.

Obiiciunt 1. Primum ergò fundamentum,
Vrgentiusque argumentum
Quod nobis obiicitur,
Est quod, ad quam es vocatus
Gloria, ac prædestinatus
Iustè retribuitur:

Subsumunt. Sed, si ad hanc sis electus,
Vocatus, & præelectus
Ex misericordia,
Tùnc non retribueretur,
Nec à Deo conferretur
Tibi, ex iustitiâ;

Ratio sub. sumpti. Cum hoc modo conferretur,
Quo tibi intenderetur,
Et tunc ex indebitis
Esset illa tibi intenta,
Vt potè, quæ præintenta
Tuis esset meritis:

Ergò ex meritis electus,
Non meritis præelectus,
Est quivis ad gloriam;
Vel non sic retribuetur,
Sed potius conferetur
Per misericordiam.

Sed

Sed, hoc idem fundamentum,
Et tam vrgens argumentum,
In ipſos retorqueo;
Et quò putant nos vrgeri,
Nec poſſe huic reſponderi,
Iam eos ſic vrgeo.

Solvitur obiectio & retorquetur in aduerſarios.

Quæro namque? nùm peracta,
Nùm ex Iuſtitiâ facta
Noſtra ſit redemptio,
Cùm ad hanc adhibeatur,
Vt rigorosè ſolvatur
Chriſti ſatisfactio;

Sed quod quis redimeretur,
Si à Deo intenderetur
Ex miſericordiâ,
Tùnc eius non eſſet facta
Redemptio, nec peracta
Ex verâ Iuſtitiâ;

Subſume.

Cùm illa perageretur,
Quomodo intenderetur,
Et tùnc ex iuſtitiâ
Non eſſet illa intenta,
Vt potè quæ præintenta
Ex Miſericordiâ;

Ratio ſubſumpti.

Ergò falsò affirmatur,
Quod nos redimi intendatur
A Deo, ex gratiâ;
Cùm tùnc verificaretur
Quod nullus redimeretur
Ex verâ iustitia.

Ad hoc ergò, quid dicturus?
Quid ad hoc es responsurus,
Si neges quod gloria,
Iustè nobis conferatur,
Si semel hæc intendatur
Ex Misericordia?

Audi ergò quid dicendum,
Et disce, quid respondendum
Huic ratiocinio,
Quò supra probasti, electos
Non gratuitò prælectos,
Sed iusto Iudicio.

Numquid est hac ratione?
Gratuita intentione
Intenta redemptio,
Quia Christi passionis,
Siue satisfactionis,
Radix est intentio?

Sivè

Sivè quia præintentum
Gratis, non iustè intentum,
Quod verbum, huc venerit,
Vt homo Deificatus,
Sive Deus incarnatus,
Plenè satisfecerit:

Sed etiam meritorum
Singulorum electorum,
Radix est intentio,
Quâ talium electorum,
A numero reproborum,
Facta est discretio;

Subsumo.

Cùm, ex hac intentione,
Eorumque electione,
Nedum ipsa Gloria,
Sed & gratia oriatur,
Vt potè quæ solum datur
Ex Misericordia;

Ratio subsumpti

Ergò licet quando datur
Gloria, tùnc conferatur
Suppositis meritis,
Adhuc tamen, hæc intenta
Potest esse, & præintenta
Gratis, non ex debitis.

Instant. Sed dices: qua ratione
Poteſt in intentione
Dari quid ex gratiâ;
Et quando de facto datur,
Illud dari ſupponatur
Ex verâ iuſtitia.

Soluitur instantia. Ad hoc ergò reſponſurus:
Quæro nùm ſis conceſſurus?
Quod id quod anterius
Eſt in executione,
Illud in intentione
Habetur poſterius:

Numquid ergo? hac ratione
Eſt in executione
Cauſa aſſignabilis,
Quæ aduerſâ ratione
Non eſt in intentione,
Nec danda, nec dabilis?

Subſumo. Sed quando cauſa aſſignatur,
Cur aliquid, ita datur,
Datur ex iuſtitiâ;
Et è contra, ſi quid detur,
Nec huius cauſa aſſignetur,
Tunc datur ex gratiâ:

Ex

Ex hac ergò ratione,
Poteſt in intentione
Dari quid ex gratia;
Et quando de facto datur,
Non repugnat quod ponatur
Ex vera iuſtitiâ.

Sed quæres? Vnde probatur, *Vrgent.*
Quod duplex hic ordo datur,
Intendendi alius,
Et alius exequendi,
Cum diuino actu volendi,
Nihil ſit ſimplicius.

Reſpondetur hoc probari *Soluitur.*
Ratione, & fundari
Illud in Concilio;
Sicque, non debet negari,
Quod vult authoritas dari,
Et ſuadet ratio.

Primò namque, ex ratione,
Quis negêt intentione,
Finem prius volitum,
Quam medium inquirendum,
Ad hunc finem aſſequendum,
Sit in mente habitum;

Cùm, vt finis habeatur,
Hoc medium inquiratur,
Sicque finis fuerit
Huius inquisitionis
Causa, & executionis,
Vt radix præcesserit:

Prius ergò intentioni,
Quam sit executioni
Fuit finis Subditus;
Sic que, ordo intentionis,
Atque executionis,
Vt duplex est habitus;

Cùmque ob simplicitatem,
Summamque Dei vnitatem,
De Deo formaliter
Illud non verificetur,
Numquid? oportet quod detur
In eo virtualiter?

Epist. 105. & in Enchirid. 107. At, numquid & Tridentinum,
Post Doctorem Aquilinum;
Sic sentit Concilium
Dùm huic qui bene operatur,
Sess. 6. c. 16. Vult quod ita proponatur
Dupliciter præmium?

Primò,

Primò, quod ſic proponatur,
Vt ab illo agnoſcatur
Pura tanquam gratia;
Secundò, quod habeatur
Tanquam merces, quæ reddatur
Illi ex iuſtitiâ.

Atqui ſi intentionis
Ordo, & executionis
Sibi coinciderent,
Hæc dicta à Tridentino,
Et deſumpta ex Auguſtino,
Tunc penitus ruerent;

Subſumit.

Cùm in executione
Sit ſub omni ratione
Merces, & non gratia,
Nihilque in tali detur
Ordine, quod non probetur
Dari ex iuſtitiâ:

Ratio ſubſumpti.

Ergò, & ex Tridentino,
Et ex magno Auguſtino
Oportet admittere
Ordinem intentionis,
Nec non executionis,
Eoſque diſtinguere;

Ita quod intentioni,
Seu primæ volitioni
Reſpondeat gloria,
Vt meritis præintenta,
Provt ſcilicet intenta
Pura, tanquam gratia.

At verò executioni
Sivè huic volitioni,
Qua fit executio,
Reſpondeat vt corona,
Coronans opera bona,
Et vt retributio.

Obiiciunt 2.

Vrgent indè ſequturum,
Nobis præmium futurum
Vllis ſine meritis,
Si quod nobis conferretur,
A Deo intenderetur
Gratis, non ex debitis.

Cùm enim eſſet intentum,
Volitum, & præintentum
A Deo efficaciter,
Numquid; eſſet hoc futurum
Ponendum, & exciturum,
Vt intentum taliter;

Sed

Sed eſſet ita intentum, *Subſumunt.*
Volitum, & præintentum
Gratis, non ex debitis;
Ergò exinde ſequeretur,
Quod futurum poneretur,
Vllis ſine meritis.

Ad hoc igitur ſolvendum, *Soluitur obiectio.*
Ibi te velim monendum,
Quod æquivocatio
Sæpiſſimè committatur,
Dùm hæc noſtra explicatur
Gratuita intentio.

Nèc enim intelligendum,
Ita gratis intendendum,
Hoc electis præmium.
Vt meritum excludatur,
Provt etiam ſpectatur,
Vt conducens medium:

Nam ſicut non eſt intenta
Sanitas, nec præintenta,
Niſi per remedia,
Sic gloria electorum,
Non niſi per meritorum
Viam, vt per media:

Sicut tamen, qui prætendit
Sanitatem, non intendit
Propter hæc remedia,
Sic nec prædeſtinatorum,
Propter merita electorum,
Intenta eſt gloria;

Vnde eſt gratis intenta,
Non eo quod præintenta
Meritis ſequentibus,
Sed, quia ſic eſt intenta
Vt verè ſit præintenta,
Meritis moventibus;

Sicque falſum ſequturum
Nobis præmium futurum
Vllis ſine meritis,
Si quod nobis conferretur,
A Deo intenderetur
Gratis, non ex debitis;

Cùm non eſſet ſic intentum,
Vt eſſet, & præintentum
Meritis ſequentibus;
Licèt quia intenderetur
Gratis, præintenderetur
Meritis moventibus.

Dicunt

Dicunt rursùs, hinc futurum,
Nullum liberè adepturum
Ad quod tendit præmium,
Si à Deo intenderetur,
Priusquam prævideretur
Meritum tendentium.

Obiiciunt 4.

Cùm voluntas sic intendens,
Esset hoc ipso antecedens
Opus meritorium,
Ac proindè antevertens,
Et consequenter evertens
Liberum arbitrium.

Sed, quàm futile argumentum,
Quàm leve sit fundamentum
Ex eo colligitur;
Quod Christus noster Salvator,
Vt hominum Reparator,
Ita præeligitur:

Solvitur obiectio.

Ex Aug. de prædestinat. Sanct. c. 15.

At qui, licet sic electus,
Licet ita præelectus,
Non ideò destitit
Liber esse in voluntate,
Sed mediâ libertate
Munus illud præstitit;

Subsume.

Ergò

Ergò licet ſic intendat
Deus, vt hoc antecedat
Opus meritorium,
Non tamen, vt antevertens
Eſſe debet & evertens
Liberum arbitrium.

Affertur ratio ſolutionis. Et certè, ſi ſupponatur,
Quod intentio, quæ datur,
Sit efficaciſſima,
Sit merita antecedens,
Sit abſolutè procedens,
Sit & potentiſſima.

Nùmquid, & hinc inferetur,
Quod quidquid hâc intendetur,
Debeat id elici,
Et quod ita eliciatur,
Vt, ſi ita intendatur,
Debeat ſic effici?

Subſumo. Sed, eſt Deus intenturus,
Quod ſit homo aſſecuturus
Regnum eius liberè;
Cùm per merita futura,
Vt ad regnum perductura,
Debeat intendere;

Ergò

Ergò ſi ſemel dicatur,
Quod intentio, quæ datur,
Eſt efficaciſſima,
Hinc evidenter habetur,
Merita per quæ exequetur
Futura liberrima.

Sed addunt: ſi ſingulorum,
Aſſeratur electorum
Gratuita electio,
Nùmquid erit perſonarum,
Contra dicta Scripturarum,
Apud Deum acceptio?

Obiiciunt 5.

Ad hoc ergo; reſponſurus,
Cùm tria ſim adducturus
Tribus ſolvam vicibus,
Retorquendo, explicando,
Ipſis demùm obiurgando
Nobis adverſantibus.

Solvitur obiectio.

Si nàmque, ſit perſonarum,
Contra dicta Scripturarum,
Apud Deum acceptio,
Hoc ipſo quod electorum,
Sive prædeſtinatorum
Eſt gratuita electio;

Retorquetur.

Nùmquid,

Nùmquid, & creaturarum
E nihilo eductarum,
Erit hæc acceptio;
Cum quâ illæ educuntur,
Dum aliæ relinquuntur,
Sit gratuita eductio.

Explicatur solutio. Ad hoc ergò, quid dicturi?
Quid ad hoc sunt responsuri;
Nisi, quod acceptio,
Tùnc solum est vitiosa,
Tùnc æquitati exosa,
Et iusto iudicio;

Quandò scilicet habetur,
Versatur, & exercetur
Acceptio in debitis,
Seu quandò, quod vni datur,
Illud idem denegatur.
Alterius meritis:

Subsumo. Atqui nulli electorum,
Nulli prædestinatorum
Debetur electio,
Sicut, nec vlli creato
Factibili, sive facto
Debetur eductio;

Ergò

Ergò licet ſalvandorum
Ad gloriam electorum,
Sit gratuita electio,
Non proindè perſonarum,
Contradicta Scripturarum,
Erit hæc acceptio.

Sed quid, inquit Auguſtinus!
Numquid fruitur ad minus
Deus ſuper entia,
Qua ſuper lutum potitur
(Vt communiter auditur)
Figulus potentiâ?

Obiurgatur ex Aug. in Pſal. 48.

Sed quæ ex luto formavit
Vaſa, quædam deſtinavit
Ex libito ad gloriam;
Alia verò formata,
Non vult ad hanc deſtinata,
Sed in contumeliam:

Quid ergò circa divina!
Figulum in officina
Non audes arguere;
Et tamèn Omnipotentem,
Sic in mundo ſe gerentem,
Audes reprehendere.

Rurſus

Objiciunt 6. ex D. Aug. super c. 8. Epist. ad Rom. & ex D. Fulgentio lib. 1. ad Monimũ c. 14.

Rurſus dicunt ſentiiſſe
Patres, Deum elegiſſe
Pro gloriæ præmio,
Quos benè operaturos
Præſcivit, atque futuros
Hìc, conformes Filio:

Subſumunt.

Sed nequit verificari,
Neque poteſt concordari
Talis præſcientia
Cum gratuita electione,
Quam ſine prævifione,
Hæc docet ſententia?

Ergò quos Deus elegit,
Vel non ita præelegit,
Vel falsò aſſeritur,
Quod, quem benè operaturum
Præſcit, ſibique futurum
Conformem, eligitur.

Solvitur 1.

Ad hoc ſolet reſponderi:
Exinde ſolum haberi,
Quod prædicta merita,
Decreto executivo
Sed minimè intentivo,
Fuere ſuppoſita;

Cùm

Cùm quantumvis requirantur,
A Deo non præſciantur
Niſi tanquam media;
Et hæc executionem,
Non autem intentionem
Præcedant vt talia.

Sed ad hoc ex Auguſtino,
Ex Thoma, ex Tridentino
Dico, quod tùnc præſciit
Deus, te operaturum,
Provt ſic eſſe futurum
Ille prædefiniit.

Solvitur 2.

Neque, inquit, prohibetur
(Dùm apud quoſdam legetur
Dei præcognitio)
Si de electis agatur,
Quod per hanc intelligatur
Tùnc prædeſtinatio.

Aug. de Don. perſever. c. 18.

Idem ſentit Tridentinum,
Dum dicit poſt Auguſtinum,
Quod hominum merita
Ipſa nempe opera bona
Sunt ipſius Dei dona,
Nobis gratis volita.

Seſſ. 6. c. 16.

His

Super c.8. Epist. ad Roman. Lect.6.

His demùm Thomas ſubſcribit,
Dum Paulum dixiſſe ſcribit,
Quod conformes filio
Hos Deus prædeſtinavit,
Non autem, quia probavit
Tales, ſit electio.

Non ergò prædeſtinavit
Deus, quia prænotavit
Futura hæc merita,
Sed fuere hæc prænotata
Eò quod prædeſtinata,
Donata, & volita.

Obiiciunt vltimò.

Demùm hanc electionis,
Seu prædeſtinationis
Gratuitæ ſententiam,
Dicunt deſperationem
Ad gloriæ adeptionem
Gignere, & accidiam.

Nam ſi meritis non viſis,
Aut ſaltèm nondùm præviſis,
Fit prædeſtinatio;
Nùmquid, ſivè mereamur
Sivè id demereamur,
Fiet executio?

Quod

Quod si nec prædestinatus
Sim à Deo nec vocatus
Hàc cum efficaciâ,
Numquid, vel frustrà sperabo,
Vel meritò desperabo
De futurâ gloriâ?

Solvitur obiectio.

Ad hoc ergò, respondetur,
Quod licet prædestinetur
Quis, priusquam merita
Sint à vocante prævisa,
Non tamèn priusquam visa,
Intenta, & volita;

Cùm licèt gloria intenta
Sit meritis præintenta,
Vt Deum moventibus,
Non sic tamen intendatur,
Vt eis præintendatur
Veluti sequentibus:

Vndè sicut non desperas
(Neque tamen frustrà speras)
De futurâ gloria;
Etsi, hanc nemo assequatur,
Nisi quomodo notatur
Dei præscientiâ

Eò

Eò quod, hunc præmiandum,
Et gloriâ coronandum,
Deus ſic præſcierit,
Vtrum meritis promiſſam,
Sine meritis amiſſam
Gloriam præviderit:

Ita nec fruſtra ſperabis,
Nec meritò deſperabis,
Quàmtumvis electio
Sit merita antecedens,
Sitque abſolutè procedens
Hæc prædeſtinatio;

Quia Deus ſic vocavit,
Elegit, prædeſtinavit
Hanc iuxta ſententiam,
Vt per meritum tenendam,
Sine merito amittendam
Nobis velit Gloriam.

QVÆSTIO
SEXTA,

Quodnam fuerit Deo motivum reprobandi.

QVodnamDeo reprobandi,
Et ad pœnam deputandi
Motivum extiterit:
An ex demeritis viſis,
An verò, nondùm præviſis
Id Deus præſtiterit,

Vt clarius reſolvatur
Iuvat, ſi hæc præmittatur
Fidei profeſſio,
Quod circa intentionem,
Non circa executionem,
Verſatur contentio.

Pro certò enim habemus,
Quin imo, & fide tenemus,
Quod die iudicii,
Adducat commissiones
Christus, ac omissiones,
Pro causa supplicii.

Math.25. Vnde se esuriisse
Dicturus, nec accepisse,
Quò hìc manducaverit,
Volens hinc, quod damnatorum
Causa, & ratio dolorum,
Omisso fuerit.

Non ergò executionis
Huius reprobationis
Motivum inquirimus,
Sed circà intentionem,
Motivum, & rationem,
In præsenti quærimus.

Resolutio. Pro quo dico, non peccata
Ab hominibus patrata,
Præsertìm actualia,
Deo motivum fuisse
Quò dicitur intendisse
Excludere à gloriâ;

Sed

Sed propter ostensionem,
Et manifestationem
Divinæ Iustitiæ;
Illos Deum reprobasse,
Et hoc ipso deputasse
Æternæ miseriæ.

Vndè hanc manifestandi,
Subindeque reprobandi,
Præcessit intentio,
Ad quam peccati accessit,
Quin imo ex eâ processit
Permissio, & visio.

Hoc ergò, vt demonstretur
Quæro nùm verificetur,
Vniversalissimum?
Deum pro semper habere
Finem, quo vult se movere,
Cùm sit agens maximum;

Probatur 1. ratione desumpta ex D. Th. 3. cont. Gent. c. 71

Sed non nisi in Deo datur
Finis movens, qui dicatur
Vniversalissimus,
Cùm sub omni ratione
Sit, sivè perfectione
Solus completissimus:

Subsumo.

Ergò propter ſemetipſum
Sive pro fine ſeipſum
Deus noſter habuit,
Dùm homines reprobavit,
Vel ſibi finem aptavit
Qui Deum non decuit.

Subſumo iterùm. Sed non propter ſemetipſum,
Seu non propter Deum ipſum,
Quaſi hinc perfectio
In Deo poſſit augeri,
Sed quia poteſt haberi
Hinc manifeſtatio:

Propter ergò oſtenſionem
Et manifeſtationem
Dei optimi, maximi
Fuere quidam excluſi
A gloria, & detruſi
Vt omnium infimi:

Subſumo iterum. Sed, quod quis ſic excludatur,
Hinc Dei manifeſtatur
Puniens Iuſtitia,
Sicut quod manifeſtatur,
Eo quod quis eligatur,
Eſt miſericordia;

Propter

Propter ergò oſtenſionem,
Et manifeſtationem
Prædictæ Iuſtitiæ;
Quoſdam Deus reprobavit,
Et hoc ipſo deputavit
Æternæ miſeriæ.

Porrò hoc idèm confirmatur,
Ex eo quod ſupponatur
Vt dictum veriſſimum,
Primùm eſſe intentione,
Quod in executione,
Eſt omnium vltimum;

Probatur. 2.

Sed in reprobatione
Quod in executione
Adeſt, vt concluſio,
Eſt Dei vindicativæ,
Et hoc ipſo punitivæ
Iuſtitiæ oſtenſio;

Subſumo.

Cum hæc ad excluſionem,
Et pœnæ inflictionem
Sequatur oſtenſio,
Poſt quæ, nil ſuperaddetur,
Nec addi intelligetur
In tali negotio:

Ratio ſubſumpti.

Primò ergò punitiva,
Seu Dei vindicativa
Iuſtitia intenditur,
Dùm per reprobationem,
Quantum ad intentionem
Nobis pœna infligitur;

Subſumo iterum. Sed primùm intentione
Ex propria ratione
Movet ad ſequentia;
Ergò reprobationis
Motivum intentionis
Eſt Dei Iuſtitia.

Probatur 3. Certè ſi quivis fatetur,
Quod fine eodem movetur
Deus, dùm à gloria
Nos excludit, quo moveri
Dicitur, & ſuaderi
Ad ponenda media:

Nùmquid quò ad indurandum,
Eodem ad reprobandum
Hic, fine movebitur,
Cùm per indurationem,
Deus reprobationem
Dicant, quod exequitur?

Atqui

Atqui, propter ostendendam
Propter Dei extollendam
Iram, & potentiam;
Pharaonem induravit,
Sive ipsi denegavit
Pœnitendi gratiam;

Subsumo.

Exod. 9.

Cùm ergò, ad reprobandum
Eodem quo ad indurandum
Fine motus fuerit,
Quid mirùm, si ostensionis
Causâ vindicationis
Deus reprobaverit.

Sed quæro? nùm supponenda
Sit, imò, & prævidenda
Peccati permissio,
Priusquam intelligatur,
Vel in Deo admittatur
Eiusdem prævisio.

Probatur 4. euersio fundamenti adversariorum qui volunt prævisum esse peccatum ante reprobationem, subindeq́ eius fuisse motivum.

Cùm sequelâ Logicali,
Ex permissione tali,
Hoc sequtum fuerit,
Non autem, quia futurum
Prævidit, & sequturum
Hoc Deus permiserit;

Ratio assumpti.

Subſumo. Sed, ex reprobatione
Sumpta in intentione,
Sequitur permiſſio,
Cùm finis propter quem datur
Hæc permiſſio, dicatur
Ipſa reprobatio:

Nùmquid? ergo eſt inferendum
Et pro certo aſſerendum,
Vt hæc probat ratio,
Quod, vt ad permiſſionem,
Sic ad reprobationem
Sequitur præviſio?

Subſumo iterum. Sed, quod ex præviſione,
Sub aliqua ratione
Fieri, ſupponitur
Nequit ei præſupponi,
Nec conſequenter ſupponi,
Vt id ad quod ſequitur:

Ergò ex hac præviſione,
Vt hac patet ratione,
Non fit reprobatió,
Cùm vt ad permiſſionem,
Sic ad reprobationem
Sequatur præviſio.

Hoc

Hoc ex Thoma confirmatur,
A quo expreſsè affirmatur,
Quod volens oſtendere
Vindictam attributorum
Culpas Deus reproborum
Voluit permittere.

Probatur 5. & confirmatur adducta ratio ex D. Th. in Epiſt. ad Rom. c. 9. Lect. 4.

Nam hinc Deum permiſiſſe
Peccata, ſed præmiſiſſe
Vindictam colligitur;
Sicquè reprobationem,
Peccati permiſſionem
Præceſſiſſe ſequitur:

Sed prius, eſt permiſſurus,
Quod ſit homo peccaturus,
Antequam prævideat
Deus peccatum futurum,
Cum hoc, vt ſit extiturum
Permittere oporteat:

Subſumo.

Debet ergò à fortiori,
Debet iure potiori
Ipſa reprobatio
Præmitti ad peccatum viſum;
Cùm ad hoc, vt ſit præviſum,
Præcedat permiſſio.

Vndè non propter peccata,
A reprobis perpetrata,
Præsertim actualia,
Quantum ad intentionem,
Vult Deus exclusionem
Hominum à gloriâ;

Cùm priusquam videatur
Peccatum, iam supponatur
Excludendi intentio,
Cùm ex hac exclusione,
Sumptâ in intentione
Sequatur permissio;

Sed propter ostensionem,
Et manifestationem
Divinæ Iustitiæ,
Illos Deus reprobavit,
Exclusit, & deputavit
Æternæ miseriæ.

Probatur authoritatibus. Certè, si ob semetipsum
Deus, si propter seipsum
Impium decreverit
In diem malum creari,
Prov. 16. Sivè pœnis deputari,
Vt Scriptura asserit?

Quâ

Quâ fronte audes negare,
Quos vult Deus reprobare,
Addici miseriæ
Quantùm ad intentionem,
Ob manifestationem
Divinæ Iustitiæ?

Nùm audis Thomam dicentem? *1.p. q.23. art.5.*
Deum quosdam eligentem
Ad supernam gloriam,
Illos sic prædestinare,
Quia suam declarare
Vult misericordiam;

Sicut quosdam reprobavit, *Idem ibidem.*
Et hoc ipso deputavit
Æternæ miseriæ,
Vt sua representetur
Bonitas, & declaretur,
Per modum Iustitiæ.

Qui vult reprobationis, *Idem in Epist. ad Rom. c 9. Lect.4.*
Sicut obdurationis
Quod finis, & ratio
Sit Dei vindicativæ,
Subindeque punitivæ
Iustitiæ ostensio.

Idem in 1. ad Annib. dist. 41. art. 3.

Qui vult quod causa finalis,
Ob quam reprobus fit talis,
Sit Dei Iustitia,
In quantum manifestatur,
Per hoc quod, sic excludatur
Reprobus à gloria.

Idem super caput 6. Ioann. Lect. 5.

Qui Deum quosdam traxisse,
Quosdam relictos fuisse
Dicit, vt Iustitia
In relicto exerceatur,
Et in tracto ostendatur
Misericors gratia.

Ad hæc ergò quid dicturus?
Quid ad hæc, es responsurus?
An non hinc colligitur,
Non culpæ prævisionem,
Hanc fuisse rationem
Quare; quis reiicitur:

Sed prædictam rationem,
Fuisse ostensionem
Divinæ Iustitiæ,
Ob quam Deus reprobavit,
Et hoc ipso deputavit
Æternæ miseriæ;

Sicque

Sicque hanc manifeſtandi,
Subindeque reprobandi,
Præceſſit intentio,
Ad quam peccati acceſſit,
Quin imò ex ea proceſſit,
Permiſſio, & viſio.

Sed contra hæc increpantes, *Obiiciunt 1.*
Nobis ibi adverſantes,
Hanc dicunt ſententiam
In divina voluntate,
Subindeque in æquitate,
Ponere iniuſtitiam.

Quod enim crudelitatem
Aiunt, & impietatem
Arguit in opere,
Nùmquid, & hac ratione,
Infert in volitione,
Qua vis illud facere?

Sed, ſi ad oſtenſiónem, *Subſumunt.*
Et manifeſtationem
Divinæ Iuſtitiæ;
Quis de facto damnaretur,
Tunc notâ inficeretur
Deus iniuſtitiæ;

Ergò

Ergò velle ad hoc damnare,
Ob id velle denegare
Hominibus gloriam
In divinâ voluntate,
Subindeque in æquitate
Ponit iniuſtitiam.

Solvitur obiectio.

Huic igitur reſpondetur,
Quod hinc ad ſummùm habetur,
Fore iniuſtitiam;
Si nedùm intentione,
Sed in executione
Nollet ita gloriam;

Ratio ſolutionis.

Cùm voluntati exequendi,
Non voluntati intendendi
Opus correſpondeat,
Sicque cum executiva,
Non autem cum intentivâ
Sit convenientia.

Quod vt clarè demonſtretur,
Quæro nùm verificetur?
Quod abſque iniuſtitiâ,
Illos Deus reprobavit,
Quos reos ſolum damnavit,
Et visâ malitiâ;

Sed,

Sed, etsi ob hanc rationem, *Subsumo.*
Seu ob sui ostensionem
Reprobare intenderit,
Non potest verificari
Vllum de facto damnari,
Qui reus non fuerit;

Ergò velle ad hoc damnare,
Et propter hoc denegare
Hominibus gloriam,
Nec in Dei voluntate,
Nec subinde in æquitate
Ponit iniustitiam.

Sed addunt, proportionem *Obiiciunt 2.*
Habere, & connexionem
Pœnam cum demeritis,
Ergò sine his intendi
Nequit, sicut nec rependi
Merces sine meritis.

Ad hæc ergò responsurus; *Soluitur obiectio.*
Nihil horum negaturus,
Sed daturus omnia,
Cùm hæc omnia admittantur,
Concordent, & ostendantur
In nostrâ sententiâ.

Nec

Ratio solutionis.

Nec enim prævisionem,
Sed ad summum visionem,
Pænarum intentio
Exigit demeritorum,
Vt visio meritorum
Sufficit pro præmio;

Ratio assumpti.

Cùm hoc ipso quod sunt visa,
Esto, quod non sint prævisa,
Nec sine demeritis
Pæna nobis intendatur,
Nec conferri decernatur
Merces sine meritis;

Subsumo.

Sed, etsi ad ostentionem,
Et manifestationem
Divinæ Iustitiæ;
Quis à Deo reprobetur,
Et hoc ipso deputetur
Æternæ miseriæ,

Adhuc stat, quod videatur
Culpa, cum hinc permittatur,
Et eius permissio,
Cum eâ sic connectatur,
Vt minimè videatur
Quin sit eius visio:

Ergò

Ergo illæſa ſervatur,
Et in rigore ſalvatur
Præfata ſententia,
Etſi ad eos reſponſurus,
Nil horum ſim negaturus,
Sed daturus omnia.

At Nùmquid, hinc ſequeretur, *Obiiciunt 3.*
Quod Deus obligaretur
(Si ita intenderet)
Ad peccatum committendum,
Sivè àd efficiendum,
Quod homo committeret?

Cùm, non niſi cum peccato,
A reprobo perpetrato
Reprobare intenderet,
Et tamen illud peccatum
Prævifum, vt perpetratum
Minimè ſupponeret.

Huic ergò, vt reſpondeatur, *Soluitur obiectio.*
Quæro? nùm præintendatur
Culpæ pænitentia,
Cùm ad hoc, vt hæc ſequatur,
Sæpe à Deo permittatur
Illius malitia;

Sed,

Subsumo. Sed, licet hoc concedatur,
Non ideo obligatur
Ad efficientiam
Horum Deus peccatorum,
In remiſſionem quorum
Iubet pænitentiam.

Ergò nec hinc ſequeretur,
Quod Deus obligaretur
(Si ita intenderet)
Ad peccatum committendum,
Sive ad efficiendum,
Quod homo committeret.

Vndè, dico hinc ſequuturum,
Deum quidem permiſſurum
Reprobum deficere,
Non tamen hinc obligari,
Illum quem vult reprobari
Peccatorem facere.

Obiiciunt 4. Sed Dices: numquid ſequetur,
Quod in malorum lætetur
Deus infortunio,
Si quia manifeſtabunt
Deum, non quia peccabunt,
Fiat reprobatio.

Verùm,

Verùm, ita ſequeretur
Si quis ſic reprobaretur,
Quaſi in eâ ſiſteret
Deus reprobatione,
Ita quod, hac ratione
reprobare intenderet:

Soluitur Obiectio.

At amabo recordare,
Deum ſolum reprobare,
Vt poſſit oſtendere
Iuſtitiam punitivam,
Suique vindicativam,
Manifeſtam facere:

Non ergò in perditione,
Sed in ſui oſtenſione,
Deus hinc lætabitur,
Sicut lætabitur iuſtus,
Dùm qua punitur iniuſtus
Vindictam intuebitur.

Pſal. 57.

At Concilium opponunt,
Ex quo hæc duo proponunt,
Quod miſericordiâ
Dùm ſalvandi eliguntur,
Meritum quo perducuntur,
Antecedit gratia;

Obiiciunt 5. ex Concil. Valentino Cap. 3.

Cùm

Cùm è contra in reprobandis,
Perituris, & damnandis,
Præcedat demeritum
De horum damnatione,
Sive reprobatione
Iudicium habitum.

Subsumunt.

Sed quoad intentionem,
Non circà executionem
Concilium loquitur,
Quia ad electionem,
Quoad executionem
Meritum præmittitur;

Ergò contra dicta infertur,
Iuxta quod ibi affertur
Ex dicto concilio,
Quod peccatum sit permissum,
Præuisum, atque præmissum,
Dum fit reprobatio.

Soluitur obiectio. & explicatur dictum Concilii.

At in hac authoritate,
Qua ipsi facilitate
Dicunt, quod fit mentio
Quantum ad intentionem,
Non circa executionem,
Eadem reiicio.

Nam

Nam de reprobatione
Sumptâ in intentione
Dicunt, quod hic loquitur,
Quia ad electionem,
Quoad executionem
Meritum præmittitur;

Quod explicatio adducta sit legitima.

Sed hoc falſum reputatur,
Cum communiter dicatur,
Quod miſericordia
Nos debet vt exequamur,
Et de facto mœreamur
Prævenire gratiâ;

Subſumo.

Ergò pari ratione
Quâ de reprobatione
Dicunt, quod ſit mentio
Quantùm ad intentionem,
Non circa executionem,
Meritò reiicio.

Sed aiunt: ſi Auguſtinus
Dicit ſæpe, quod ad minus
Peccatum originis
Fuit reprobationis,
Et à cælo excluſionis
Cauſa ex parte hominis;

Obiiciunt 6. ex D. Aug.

Nùmquid,

Nùmquid, si non personalis
Ad minus originalis
Erit culpa ratio
Cur aliquis reprobatur,
Non autem quæ assignatur
Iustitiæ ostensio.

Solvitur obiectio & triplici ratione ostenditur non fuisse peccatum originale motivum reprobandi.

Huic ergò, vt respondeatur,
Dico, quod hic assignatur
Per sufficientiam
Causa reprobationis,
Seu ratio exclusionis,
Non per efficaciam;

Si namquè, quod reprobaret
Deus, & regno privaret,
Culpa hæc efficeret,
Non præcisè vt permissa,
Sed in quantum non remissa
Præstaret, & faceret.

Ratio assumpti.

Cùm præcisè, vt permissa,
Et in quantùm est remissa,
Electis conveniat,
Nec tamèn, quod reprobentur,
Et gloriâ spolientur,
In illis efficiat.

Sed

Sed culpa originalis
Non remiſſa, in quantum talis,
Id nequid efficere;
Quin imò, quia excluſit
Deus, nec regno admiſit
Noluit remittere;

Subſumo.

Cùm finis ad hoc inducens,
Sit id ad quod eſt conducens
Talis non remiſſio;
Et id ad quod hæc conducit
Inſervit, & manuducit,
Sit talis excluſio:

Ratio ſubſumpti.

Ergò, etſi originale
Peccatum, in quantum tale
Sit cauſa ſufficiens
Ad hanc reprobationem,
Hanc tamen excluſionem
Minimè eſt efficiens.

Addamus quod adultorum,
Eodem quo parvulorum,
Gaudet reprobatio
Motivo, cum ſingulorum,
Vt à Deo creatorum,
Non ſit diſpar ratio;

Confirmatur ſolutio adducta.

Sed

Subſumo. Sed adultos reprobandi,
Et ad pænam deputandi
Peccatum originis,
Non fuit Deo motivum,
Cùm non ſit hoc inductivum
Pænæ ſenſus hominis:

Ergò, nedum perſonale,
Sed neque originale
Motivum Deo extitit
Ad hanc reprobationem,
Sed ad ſui oſtenſionem
Illud Deus præſtitit.

Confirmatur 2. eadem ſolutio ex D. Aug. in lib. de peccat. meritis & remiſſ. Cap. Vlt.

Addo demùm quod peccatum
Ab origine contractum,
Dùm baptiſmo tollitur,
Eſt, ac ſi numquam fuiſſet,
Sivè ac ſi non contraxiſſet,
Qui ab illo abluitur:

Subſumo. Sed, ſi non fuiſſet factum,
Nec à reprobo contractum,
Nemo auderet dicere,
Quod tùnc motivum fuiſſet,
Pro quo Deus voluiſſet
Reprobum excludere:

Numquid!

Numquid? ergò concludendum,
Quod Deum ad excludendum
De factọ non moverit,
Cùm in multis deleatur,
Et ita aboleatur,
Quaſi numquam fuerit?

Sed vrgent ex Auguſtino,
Quod iudicio divino
Nobis iuſtè debito
Plures Creator excludit;
Ergò ex culpa hoc concludit,
Nè ſit ex indebito.

Obiiciunt 7. ex Aug.

At huic ſtatim reſpondetur,
Quod, vt à Thoma docetur,
Auguſtinus loquitur
Tunc de reprobatione,
Non ſub omni ratione
Nec prout intenditur;

Solvitur obiectio ex D. Th. q. 6. de verit. art. 2. ad 10.

Sed prout damnationem
Dicit, & punitionem
In ipſo exercitio;
Sic enim verificatur,
Quod quilibet reprobatur
Debito iudicio.

Obiicitur vltimò ex D. Th.

Dicunt demùm quod damnandi
Voluntas seu cruciandi,
Cum sit de contrario
Expresso Thomæ effato
Exigit, quod in damnato
Sit voliti ratio;

Cum è contra non salvandi
Voluntas, seu denegandi
Hoc gloriæ præmium,
Non aliam rationem
Petat ad negationem
Quam Dei dominium;

Subsumunt.

Sed voluntas reprobandi,
Cum voluntate damnandi
Re ipsà convertitur;
Ergò reprobationem,
In damnato rationem,
Habere supponitur.

Solvitur abductio.

Huic ergò, vt respondeatur,
Dico quod plenè salvatur
Quod à Thomâ asseritur,
Hoc ipso quod in damnando,
Vt de facto cruciando
Ratio exigitur.

Nam

Nam hoc inter non ſalvare,
Et inter ipſum damnare
Diſcrimen ſtatuitur,
Quod ad primum exequendum,
Sicut & ad intendendum
Ratio non quæritur;

Cum prædictum non ſalvare
Dicat tantum denegare
Regnum vt indebitum,
Et hoc poſſit denegari,
Eo quod non debet dari
Vt ex iure debitum.

At voluntas damnativa,
Cum ſit pœnæ inflictiva
Quam ſolum culpa exigit,
Hanc in executione,
Licet non intentione
Neceſſe præexigit;

Sicque & plenè ſalvatur,
Et genuinè explicatur
Quod ex Thoma adducitur,
Hoc ipſo quod in damnando,
Vt de facto cruciando
Ratio exigitur.

QVÆSTIO SEPTIMA,

Vtrum ex lege statutâ à Deo, homini facienti quod in se est ex viribus naturæ, detur infallibiliter auxilium gratiæ.

DEVM legem statuisse,
Vt qui dicitur fecisse,
Quod naturâ potuit,
Huic gratiæ non negetur,
Sed certissimè donetur
Molina asseruit.

In Concordia disp. 10.

Quod quidem Molinæ assertum,
Quam parum tutum, & certum
Sit, & olim fuerit,
Et multis potest probari,
Et ex eo confirmari
Quod olim acciderit.

Resolutio.

Primò

Primò namque ex lege dari,
Et ex pacto non negari,
Numquid hoc ipſo arguit?
Quod ex Iuſtitiâ datur,
Si ex pacto obligatur
Qui dat, & qui tribuit;

Probatur 1.

Cùm ibi reperiatur,
Vbi conventio datur
Exigendi debitum,
Sicut quod conventione
Non datur, hac ratione,
Cenſetur indebitum;

Ratio aſſumpti.

Sed, cum omnis quæ præbetur,
Miſericorditer detur
Præveniens gratia,
Non poteſt verificari
Illam ex debito dari,
Nec dari ex Iuſtitia;

Subſumo.

Ergò nec ex lege dari,
Nec ex pacto non negari
Verè de hac dicitur,
Niſi à Molina admittatur,
Quod quando gratia datur
Non gratis tribuitur.

Respondent adversarii. Respondent, quod non repugnat,
Neque cum gratiâ pugnat,
Hæc dandi obligatio,
Modo non accipientis,
Sed meritum tribuentis
Sit ipsius ratio;

Vnde, cum pactum prædictum,
Cum Christo à Patre initum,
Patrem obligaverit,
Non intuitu nostrorum,
Sed filii meritorum,
Cur gratiam læserit?

Refutatur responsio adducta. Sed dicant, qui operatur
Numquid ei imputatur
Ex Pauli sententia
Ad Roman. 4. Merces debito reddenda,
Non autem retribuenda
Largientis gratiâ;

Subsumo. Sed quamtumvis lex prædicta
Sit ex meritis inita
Morientis filii,
Non tamen sunt accepturi
Gratiam assecuturi,
Nisi operarii.

Cum

Cum ipſa lege feratur
(Vt à Molina dictatur)
Huic tribui gratiam,
Qui exhauſit operando,
Inſudando, laborando,
Naturæ potentiam;

Ratio ſubſumpti.

Ergò dato quod prædictum,
Cum Chriſto à Patre initum
Pactum obligaverit,
Non intuitu noſtrorum,
Sed filii meritorum,
Gratiam adhuc læſerit.

Rursùs ſi verificetur
Quod eo quod operetur
Detur ei gratia,
Numquid tunc verificatur,
Quod hæc Iuſtitiâ datur,
Non Miſericordiâ:

Refutatur 2.

Sed licet pactum prædictum,
Sit propter Chriſtum initum,
Qui pro Petro moritur,
Adhuc verificaretur,
Quod quia operaretur
Gratia tribuitur;

Subſumo.

Ratio sub-sumpti. Cùm sit affirmationis,
Eiusque negationis
Opposita ratio.
Et tunc gratia non detur,
Eo quod non assignetur
Prædicta operatio;

Ergò etsi pactum prædictum
Sit ita à Patre initum
Intuitu filii,
Adhuc gratia lædetur,
Si vis quod verificetur
Sic ex pacto tribui.

Probatur 2. ratione deducta ex Concil. Trident. Sess. 6. c. 5. Sed ad hoc quid responsurus?
Numquid, & tu concessurus
Quod dicit Concilium,
Sumi à præveniente,
Non gratiâ subsequente
Salutis exordium?

Subsumo. Sed hoc non verificatur,
Si semel stabiliatur
Huic tribui gratiam,
Qui exhausit operandò,
Insudando, laborando,
Naturæ potentiam,

Cum

Cum ibi verificetur,
Quod prius ex se operatur
Liberum arbitrium
Quam à Deo tribuatur,
Quo deinde elevatur
Gratiæ auxilium;

Ratio sub-sumpti.

Ergò non est admittenda,
Pro gratiâ tribuendâ
Præfata conventio;
Vel certè, si id semel dicit
Tridentino contradicit
Molina Concilio.

Neque dicat ad salutem,
Aut salutarem virtutem,
Opus non conducere
Hoc ipso quod fit naturâ;
Nec subinde à creaturâ
Salutem incipere.

Respondet Molina.

Nam si semel supponatur,
Quod gratiam consequatur
Qui naturâ fecerit
Quidquid naturâ dictatur,
Si inquam hoc supponatur,
Et hoc iam concesserit;

Refutatur hac responsio.

Numquid hinc eſt inferendum,
Et pro certò ſupponendum
Ex conſenſu omnium,
Quod opus hoc naturale,
Ad hoc ſupernaturale
Conducat auxilium;

Ratio aſſumpti. Cum ex dictis ſupponatur,
Quod huic illud tribuatur
Qui naturâ fecerit,
Quidquid naturâ dictatur,
Et illud non conſequatur,
Qui hoc non præſtiterit:

Subſumo. Sed id omne ad ſalutem,
Et ſalutarem virtutem
Cenſetur conducere,
Quæ ad hoc vt aſſequamur
Gratiam qua elevamur
Habet manuducere;

Ergò initium ſalutis,
Et ſalutaris virtutis
A natura inciperet,
Cum opus hoc naturale,
Nos ad ſupernaturale
Auxilium duceret.

Sed

Sed respondeat Molina, *Probatur 3.*
Nùm falsum, quod lex divina
Errorem induxerit,
Sive quod hæc aberrandi,
Et à recto deviandi
Nobis causa fuerit:

At si semel supponatur *Subsumi*
Quod lex à Deo feratur
Vt à quo peragitur
Quidquid naturâ dictatur
Huic gratia tribuatur,
Hoc verificabitur;

Cùm exinde iudicetur, *Ratio subsumpti,*
Cur ille à Deo vocetur,
Et hunc non vocaverit;
Et hoc, si non vis errare,
Noli quæso iudicare,
Augustinus dixerit.

Ergò quam in Deo ponit *In tracta-ctu 6. in Ioannem*
Molina, vel quam supponit,
Aut lex est fictitia,
Vel, vt ex istis habetur
Lex in Deo perhibetur
Ad errorem pervia.

I 6

Objiciunt 1. Sed ait : si à Deo datur
Potestas, qua (vt testatur
Ioannes Apostolus)
Ioann. 1. Potest fieri mortalis,
Quantumvis natura talis
Dei sui filius;

Numquid ? hinc significatur,
Quod si mortalis vtatur
Nativâ potentiâ :
Qua Dei constituetur
Filius, tunc subsequetur,
Et dabitur gratia ?

Solwitur 1. At huic primò respondetur,
Quod cum potestas hæc detur
Iam fidem habentibus,
Vt hic Ioannes testatur,
Inde fit, quod non sic datur
Gratia mortalibus.

Vnde magnus Augûstinus
Martinus VIII. Quem, ait Papa Martinus,
Sequimur in omnibus,
Lib. 1. contra d. as Epist. Pelag. c. 3. Vult quod tunc solum hæc detur
Potestas, cum infundetur
Fides hæc hominibus.

Non

Non igitur naturalis
Eſt poteſtas, qua mortalis
Fiet Dei filius,
Sed à Deo hæc derivatur
In quantum fides hæc datur,
Qua tendimus altius.

Addo quod cum non legatur,
Quod hæc poteſtas quæ datur
Sit data, vt ſe facerent
Dei filios mortales,
Sed tantummodo vt tales,
Ab alio fierent.

Soluitur 2.

Hinc quidem ſignificatur,
Quod paſſiva habeatur
In nobis potentia;
Ita quod, qua elevatur
Receptibilis dicatur
In anima gratia:

Non tamen licet inferre,
Mortalem quemvis habere
Activam potentiam,
Qua ſi viribus vtatur
Per quas natura operatur
Aſſequatur gratiam.

Rursùs

Obiiciunt 2. Rursùs aiunt, quod virtutis
Capaces atque ſalutis
Sumus quamdiu vivimus:
Ergò quidquid ad virtutem
Requiris, & ad ſalutem
Pro ſemper habuimus:

Subſu-munt. Sed omnium qui fuere,
Non ſinguli habuere
Requiſitam gratiam;
Ergò ad minus habuerunt,
Qua conſequi potuerunt
Nativam potentiam.

Solvitur obiectio, Ad hoc ergò eſt exponendum
Quid, & quantum requirendum,
Vt poſſim hunc dicere
Capacem eſſe virtutis,
Nec extra viam ſalutis,
Sed intra exiſtere.

Pro quo dico opus non eſſe
Actu gratiam adeſſe,
Sed ad hoc ſufficere,
Quod homo à creatore,
Vt ſolito proviſore,
Hanc poſſit recipere.

Si

Si namque iustificatus,
In gratia confirmatus
Damnari adhuc potuit;
Quia hanc Deo permittente,
Et more solito agente,
Amittere valuit;

Nùmquid & potens dicetur,
(Etsi gratiâ privetur)
Salutem acquirere,
Qui illam à Creatore
Vt solito Provisore
Valebit recipere?

Sed istud verificatur, *Subsumo.*
Quamvis hæc non habeatur
Nativa potentia,
Quâ, ex lege quam supponit
Molina, aut quam fictè ponit,
Acquiritur gratia;

Cùm semper verificetur, *Ratio subsumpti.*
Quod Deus ex se paretur
Gratiam tribuere;
Et tui tu libertate,
Atque flexibilitate
Potens sis recipere;

Ergò

Ergò quantùmvis virtutis
Capaces, atque ſalutis
Simus quamdiu vivimus,
Non tamen vt Moliniſtæ
Sentiunt, ſed vt Thomiſtæ
Gratiam accipimus.

Obiiciunt 3.

Sed aiunt: ſi nutriatur
Quis in ſyluis, & ſequatur
Quidquid dictat ratio,
Numquid cumThoma dicendum,
Illum pro certo aſſiſtendum
Gratiæ auxilio:

Nùmquid ergò hinc inferendum,
Et certiſſimè tenendum,
Quod quicumque faciet
Quidquid naturâ dictatur,
Ex certâ lege quæ datur,
Gratiam accipiet?

Solvitur obiectio.

Ad hoc ergò reſponſurus;
Nego quod ſis illaturus
Ex Thomæ ſententiâ,
Quod, qui ſic enutriretur,
Si natura operaretur
Fovendus ſit gratiâ.

Si

Si namque, vt Thomas fatetur,
Homo nullus operetur,
Quidquid dictat ratio
Nisi quatenus movetur,
Assistitur, & fovetur
Gratiæ auxilio;

1.2.q.109. art.6. ad 2. Rom.10 Lect.3.

Eo quod debilitata
Sit natura, & vitiata,
Sicque insufficiens
Ad id omne exequendum,
Ad quod plenè adimplendum
Fuerat sufficiens:

Numquid si quis nutriretur
In sylvis, & sequeretur
Quidquid dictat ratio,
Iam quædam circa credenda
Esset in hoc supponenda
Gratiæ illustratio?

Sicut fidem habuisse
Tenetur, & credidisse
Cornelium implicitè,
Huncque Deum illustrasse,
Et animum præparasse
Ad credere explicitè.

Ex D.Th. 2.2.q.10. art.4.

At

Obiiciunt 4. At si vim reiiciendi,
Sicut non impediendi
Gratiæ auxilium
3. Contra Gent. c.159. Habet (hoc Thoma docente,
Et ratione ostendente)
Liberum arbitrium;

Numquid hinc est inferendum,
Et pro certò asserendum,
Quod si illud faciat
Quidquid poterit natura,
Sit gratia sequtura,
Cùm tunc non impediat.

Solvitur obiectio. Ad hoc ergò respondetur,
Quod ibi sermo habetur
De libero arbitrio,
Non nudo, nec vitiato,
Sed integro, & dotato
Gratiæ auxilio;

3. Contra Gent. c.160. Cùm dictum hoc explicarit
Sanctus Doctor, & notarit,
Quod nullum apponere
Gratiæ impedimentum,
Virium experimentum
Sit omnium facere.

Vnde

Vnde alibi ſupponit,
Quod hoc ipſum quod non ponit
Obſtaculum gratiæ,
Ex gratia derivatur,
Et huic debet qua iuvatur
Non virtuti propriæ.

Ad Hebr. 12. Lect. 3.

Dicunt demùm ſentiiſſe
Auguſtinum, & dixiſſe
Bona temporalia
Deum hoc pacto dediſſe,
Vt quem ſcit illis fuiſſe
Vſum cum prudentiâ,

Arguunt Vltimò ex Aug. Lib. 13. de Civit.

Huic hoc ipſo ampliora,
Atque bona meliora
Certiſſimè præbeat,
Et ipſam æternitatis
Sivè immortalitatis
Pacem hic accipiat;

Atqui per bona ampliora,
Per bona hæc meliora
Intelligit gratiam,
Sicut per æternitatis,
Sivè immortalitatis
Pacem, dicit gloriam:

Subſumunt.

Numquid

Numquid ergò ex Auguſtino,
Ex Doctore Aquilino
Pactum Deus ſtatuit,
Vt gratia conferatur
Huic, de quo verificatur:
Fecit quidquid potuit.

Soluitur Obiectio quã olim in congregationibus de auxil. propoſuit Valentia die vlt. ſept. 1602. contra Lemos Ordinis FF. Prædicat.

Huic ergò, vt reſpondeatur,
Hoc vnum hîc aduertatur
Quod olim Valentia,
Clemente octauò præſente,
Et Lemos tunc reſpondente,
Huic obiecit talia;

Cui à Lemos reſpondetur,
Quod hinc verè inferretur
Quidquid hinc Intenditur,
Niſi Auguſtini textus
Ab his fuiſſet corruptus,
A quibus obiicitur.

Iubet Pontifex afferri Auguſtinum ex Vaticano.

Nec enim in Auguſtino,
Qui quidem ex Vaticano
Tunc iuſſu adducitur,
Poſt quam dixit ampliora,
Atque bona meliora,
(Et pacem) apponitur:

Sed

Sed loco, & apponendum
(Scilicet), & inferendum
Quod non quidem gratiam,
Sed per illa ampliora,
Atque bona meliora
Intelligit gloriam;

Vnde cum Theologorum
Nullus, nullusque Doctorum
Adhuc asseruerit,
Quod Deus pro temporali
Vsu, & naturâ tali
Gloriam contulerit,

Hinc de vsu temporali,
Non quidem naturâ tali,
Sed facto per gratiam
Loqutus est Augustinus,
Sicque Doctor Aquilinus
Hanc negat sententiam.

Hæc Lemos coram Clemente,
Qui Valentia silente
In illum invehitur,
Eo quod sic mentiatur
fraudulenter, dum citatur,
Et veritas quæritur.

Hoc

Hoc ergò Molinæ assertum,
Quam parum tutum, & certum
Sit, & olim fuerit,
Vt multis fuit probatùm,
Sic ex eo confirmatum
Quod olim acciderit.

QVÆSTIO OCTAVA,

Vtrum gratia quæ dicitur efficax, sit per se ab intrinseco, & Physicè talis.

CVM non nisi suadendo,
Invitando, alliciendo
Molina voluerit
Deum vti motione,
Ne physicâ tractione
Libertatem læserit;

Hinc gratiæ qua movemur,
Allicimur, Suademur,
Ponit efficaciam,
In eo quod consensuros,
Dum scit Deus & acturos
præbet nobis gratiam;

Vnde

Vnde addit efficacem
Nobis fore inefficacem,
Si in alio tempore,
Quam eo quo voliturum
Me præſcivit, & acturum
Hanc vellet tribuere.

Neque, inquit, quæ in nobis
efficax eſt, ſic in vobis
Debet eſſe efficax;
Sed cùm forte huic diſſenſuri
Sitis, noſque conſenſuri
Erit forte inefficax.

Seu cum diſpoſitionem,
Genium, complexionem
Habeamus varia,
Fortè carebit in vobis
Hâc eadem qua in nobis
Gaudet efficaciâ.

Hoc aſſerunt Moliniſtæ,
Cui contradicunt Thomiſtæ
Aſſerentes gratiam,
Ex propria ratione,
Virtute, & perfectione
Habere efficaciam;

Seu

Seu non diſpoſitionem,
Genium, complexionem
In ſui efficaciâ
Gratiam expectaturam,
Sed hanc eſſe habituram
Virtute, & vi propriâ.

Vnde aiunt, quæ in nobis
Efficax eſt, & in vobis
futura eſt efficax,
Et cùm talis per conſenſum
Non fiat, nec per diſſenſum,
Fiet hæc inefficax.

Reſolutio.

His igitur ſubſcripturus
Accedo demonſtraturus,
Quòd efficax gratia,
Ex propria ratione,
Virtute, & perfectione
Gaudet efficaciâ.

Probatur 1.

Eſther 13.

Pro quo quæro, infinitæ
Nùm ſit Deus, non finitæ
Agens efficaciæ,
Cum ipſius voluntati
Non ſit, neque poteſtati
Locus reſiſtentiæ?

Numquid ergo vt in eſſendo
Eſt à ſe, ſic in agendo
Habet efficaciam;
Cùm id omne quod habetur
Infinitum, iudicetur
Tale per eſſentiam?

Subſumo. Sed ſi gratiæ deeſſet,
Quâ per ſe efficax eſſet
Propria efficacia,
Tunc à ſe non diceretur
Efficax, nec haberetur
Divina potentia

Ratio ſubſump.t. Cùm tunc conſenſum ſpectaret,
Vel genium exploraret
Ad hanc efficaciam,
Subindeque hanc non haberet
(Cùm ab alio teneret)
Per ſui eſſentiam;

Ergo cum ſit infinitæ
Deus, non autem finitæ
Agens efficaciæ,
Numquid ex virtute internâ
Non ratione externâ
Hæc danda eſt gratiæ?

Certè

Certè si nec suadere
Potes mihi, nec movere
Nisi exploraveris
Quid sit tunc in voluntate,
Cùm in tui potestate
Illam non habueris:

Probatur 2.

Numquid si in voluntatem,
Habet Deus potestatem
Hanc movere poterit;
Etsi nec complexionem,
Neque dispositionem
Priùs exploraverit?

Sed cordium humanorum,
Quocumque inclinandorum
Omnipotentissimam
Habet Deus potestatem,
Virtutemque in voluntatem
Habet invictissimam;

Subsume ex Aug. lib. de Corrept. & Grat. c. 14.

Cum vt author voluntatis
Nedum eius entitatis
Principium fuerit;
Sed hanc sibi in agendo
Sicut subdit in essendo
Subdat & subdiderit:

Ratio subsumpti.

Cùm ergo ad ſuadendum
Et cum effectu movendum
Prædicta exploratio
A Deo non requiratur,
Numquid dicendum quod datur
Per ſe efficax motio?

Probatur 3. ratione deductâ ex D. Th. 1. p. q. 105 art. 4.

Sed ad hoc quid reſponſurus?
Numquid & tu conceſſurus
Quòd ſi non ſit ſuaſio,
Quantumvis obiectum ponat,
Obiiciat, & proponat
Moralis hæc motio,

Hoc ipſo eſt ſtabilienda,
In qua erit admittenda
Phyſica efficacia,
Quâ ita ſuadeamur,
Vt illâ perſuadeamur
Motio ſeu gratia?

Subſumo.

Sed quantumvis obiectorum,
Vt agendi motivorum
Fiat propoſitio,
Efficaciter movere
Non poſſunt, nec ſuadere
Ad hoc vt ſit actio;

Cum

Cùm quæcumque proponantur,
Et quantumvis exponantur,
Vt vniverſalia
Hæc bona non proponantur;
Sed nobis obiiciantur
Vt particularia;

Ratio ſubſumpti.

Sicque inter vim motivam,
Et vim mobilis paſſivam
Non ſit adæquatio,
Quia ad vniverſale
Voluntas in quantum tale
Fertur deſiderio:

Cùm ergo quantumvis ponat,
Obiiciat, & proponat
Hæc obiectum gratia
Voluntas non ſuadeatur,
Numquid opus quod fruatur
Phyſicâ efficaciâ?

O quàm dignè de hoc fatur,
Quàm dignè philoſophatur
Doctor ille gentium,
Dum perficere & velle
Nobis non tribuit ille,
Sed auctori cordium!

Probatur 4.

Ad Philipp. 2.

Si namque velle operatur
Numquid opus quod ſequatur
Hoc velle ad gratiam?
Cumque phyſicè operetur
Numquid hanc fore dicetur
Phyſicam & præviam?

Subſumo. Atqui ſi ſemel ponatur,
Quod ſit gratia quæ datur
Phyſica & prævia,
Hoc ipſo non explodenda,
Sed in hac eſt ſupponenda
Phyſica efficacia;

Ratio ſubſumpti. Cùm tunc nedum ſuadendo,
Sed & phyſicè influendo
Ad velle determinet;
Et cùm prævia dicatur,
Ad hoc velle ad quod datur
Simul prædeterminet:

Ergo ſi hæc operatur
(Vt Paulus ipſe teſtatur)
Et velle & perficere,
Hanc phyſicè & ab interno
Debemus non ab externo
Efficacem ponere.

Certe

Certè si nec gloriari
(Ex eodem) nec inflari
Poteſt quis præ alio,
Quia de qua gloriatur
A gratiâ derivatur
In bono diſcretio.

Probatur 5. ratione deductâ ex Apoſt. 1. ad Cor. 4.

Numquid hinc eſt inferendum,
Id omne reiiciendum
Aſſertum de gratia,
Iuxta quod verificatur
Quod ille non diſcernatur
Gratiæ efficaciâ?

Sed ſi gratiæ deeſſet
Quâ ſeipſa efficax eſſet
Phyſica efficacia,
Ab hac non derivaretur
Sed à nobis oriretur
Talis differentia;

Subſumo.

Cùm eo quod operemur
In eo diſcriminemur,
Et tunc operatio
Futura non diceretur,
Eo quod hic frueretur
Gratiæ auxilio:

Ratio ſubſumpti.

Quin imò operaretur,
Et efficax haberetur
Auxilians gratia,
Quia, aliàs diſſenſurus,
Tunc eſſet huic conſenſurus
Voluntate propriâ :

Ergò ne quis glorietur
Præ alio, nec infletur,
Opus eſt auxilio
Quod per ſe efficax dicatur,
Vt prædicta oriatur
Ab eo diſcretio.

Reſpondens 1. adverſarij

Dices ob hanc rationem
Oriri diſcretionem
A gratiæ auxilio,
In quantum nemo operatur
Niſi prout ſociatur
Gratia arbitrio :

Refutatur 1. ſubſumendo.

Sed nec gratia operatur;
Niſi in quantum ſociatur
Arbitrium gratiæ.
Hinc ergò verificatur
Quod arbitrium dicatur
Cauſa differentiæ.

Certè

Certè si discretionis,
Omnisque distinctionis
Causa sivè ratio,
Debet vni appropriari,
Non cunctis communicari
Vt probat inductio:

Refutatur 2.

Cùm aliàs supponatur,
Quod communis hábeatur
Talis sociatio,
Quia, qui non operatur
Sicut qui cooperatur
Hoc gaudet auxilio:

Nùmquid malè assignatur,
In eo quod sociatur
Gratiæ arbitrium
Ratio discretionis,
Cùm causa distinctionis
Non sit tunc, quid proprium?

Demùm si quia operamur,
Ideò discriminamur,
Numquid hæc discretio
Ab eo debet oriri
Per quod habet stabiliri
Futura operatio?

Refutatur 3.

Subsumo. Sed quantumvis ſupponatur,
Quod gratia ſociatur,
Non verificabitur,
Quod eo quod ſocietur
Arbitrio vt operetur,
Ideo operabitur;

Ratio ſubſumpti. Cùm & ita ſocietur,
Vt arbitrii expectetur
Ad actum reductio,
Sitque non operaturus,
Alia ſubſumpti ratio. Sicut cooperaturus
Hoc gaudens auxilio:

Non ergò ex ratione
Adducta in reſponſione,
Debet hæc diſcretio
A gratia derivari,
Quantumvis hæc ſociari
Debeât arbitrio.

Reſpondent 2. Sed addunt: ſi non æquantur,
Qui ita diſcriminantur,
In collata gratia,
Numquid tunc verificatur
Quòd à Deo derivatur
Talis differentia?

Atqui,

Atqui, licet non ponatur
Quæ à nobis appellatur
Per ſe efficax gratia,
Quæque ſui ratione
Virtute, & perfectione
Gaudet efficaciâ;

Subſumunt.

Non tamen ex æquo datur
Gratia, cum præbeatur
Vni dùm conſentiet,
Et alteri ſolum detur,
Non dùm cooperaretur,
Sed quando diſſentiet:

Numquid ergò adhuc ſalvatur
Quod à Deo derivatur
Prædicta diſcretio,
Cùm ita diſcriminentur,
Quia inæquales habentur
In gratiæ auxilio.

Sed, quod habeantur tales,
Siue quod ſint inæquales,
Vndè fit diſcretio,
Adhuc in ipſis fundatur
(Vt reſponſò inſinuatur)
Radicalis ratio;

Refutatur 1. ſubſumendo.

Cùm ratio radicalis
Cùm & gratia inæqualis
Sit, quia conſentiet
Vnus pro tunc, pro quo datur,
Vt reſponſo inſinuatur,
Et alter diſſentiet:

Non ergò exinde ſalvatur,
Quòd à Deo oriatur
Talis differentia;
Dato quòd diſcernerentur,
Eo quòd non haberentur
Æquales in gratiâ.

Refutatur 2. At quæro? vt infringatur
Magis, magiſque expungatur
Adducta reſponſio,
Nùm ſit ſupernaturalis
Dicenda, non naturalis
Diſcernendi ratio?

Ratio aſſumpti. Cùm conducat ad ſalutis,
Et ſalutaris virtutis
Diſcretio præmium,
Quod minimè diceretur,
Si naturale haberetur
Ipſius principium:

Sed,

Sed, ſi ad adhoc reducatur *Subſumo.*
Diſcrimen, quia ſic datur
Gratia inæqualiter,
Vt vni dum conſenſurus,
Alteri dum diſſenſurus
Datur, & non aliter;

Tunc non ſupernaturalis
Dicetur, ſed naturalis
Diſcernendi ratio,
Eiuſque ad quid naturale,
Non ad ſupernaturale
Fieret reductio;

Cùm ad tempus pro quo datur *Ratio ſubſumpti.*
Gratia, tunc reducatur
Præfata diſcretio,
Nec ſit ſupernaturale,
Sed ens merè naturale
Temporum diſtinctio:

Abſit ergò, quòd ponatur
Diſcrimen, quia ſic datur
Gratia inæqualiter,
Vt vni dùm conſenſurus,
Alteri dùm diſſenſurus
Detur, & non aliter;

Sicque,

Sicque, ne quis glorietur
Præ alio, nec inflectur
Opus est auxilio
Quod per se efficax dicatur,
Vt ab eo oriatur
Præfata discretio.

Probatur 6. Certè si Deum oramus,
Si à Deo postulamus;
Vt velit convertere,
Vt velit cor immutare,
Voluntates applicare,
Et ad se compellere;

Numquid illa expectari
Debent, atque derivari
Ex ipsius gratia,
D. Aug. lib. 4. ad Bonif. c. 18. Cùm nos orare fingamus,
Si petenda esse credamus
In nostrâ potentiâ?

Subsumo. Sed à qua cor immutatur,
Quâ voluntas applicatur,
Et ita compellitur,
Hæc physicè effectiva,
Et prædeterminativa
Gratia supponitur,

Cùm

Cùm frequenter moveamur,
Et morali alliciamur
Suadente gratiâ,
Nec tamen cor immutetur,
Nec voluntas applicetur,
Sed sit resistentia.

Ratio sub-sumpti.

Ergò physicè effectivâ,
Et prædeterminativâ
Testatur oratio
Nos gratiâ indigere,
Eâque opus habere,
Vt fiat conversio.

At numquid hoc suadetur,
Ex eo quod, cur huic detur
Efficax vocatio
Dùm alteri denegatur,
Insolubilis dicatur
A Patribus Quæstio.

Probatur 7.

Nam si gratiæ moventis,
Et effectum consequentis
Ponunt efficaciam,
In eo quod, consensuros,
Dum scit Deus, & acturos,
Nobis præbet gratiam;

Nùmquid

Numquid futuri consensus,
Aut oppositi dissensus
Erit tunc prævisio,
Cur vnus ita assumatur,
Et alius relinquatur,
Sufficiens ratio?

Subsumo. Sed, hoc negant tres ad minus,
Prosper, Thomas, Augustinus,
A quibus asseritur
Quòd per arbitrii nolle,
Nec per arbitrii velle
Hæc quæstio soluitur:

D. Aug. tract. 26. in Ioann. D. Prosp. Lib. 1. de Vocat. gent. cap. vlt. & D. Th. 3. cont. gent. cap. 161.

Cùm ergò hinc colligatur,
Quòd in eo non ponatur
Gratiæ efficacia,
Quia, dum huic consensuros
Scit Deus, non dissensuros,
Nobis datur gratia;

Numquid hinc est inferendum,
Et pro certo asserendum,
Quòd efficax gratia
Ex propria ratione,
Virtute, & perfectione
Gaudet efficaciâ?

Sed

Sed ad hoc, quid reſponſurus? *Probatur 8.*
Si Deus eſt actus purus,
Vt eſſe ſupponitur,
Numquid, huic velle actuale,
Hoc ipſo quòd actu tale
Meritò attribuitur?

Sed, ſi ſolùm ſuadendo,
Invitando, alliciendo *Subſume.*
Præveniens gratia
Nos ad agendum moveret
Nec phyſicè præmoveret
Ad velle efficacia;

Tunc velle quod poneretur,
Deo non tribueretur,
Cùm, non quia allicitur
Voluntas à ſuadente
Fiat volens ex nolente,
Vt ab his conceditur:

Ergò nedùm ſuadendo,
Sed phyſicè influendo
Præveniens gratia
Debet ad actum movere,
Et phyſicâ præmovere
Ad velle efficacia.

Hoc

Probat. 9. authoritatibus Ioann. 6. Hoc Scripturâ insinuatur,
Vbi Veritas testatur,
Quod solum quem traxerit
Pater per sui virtutem,
Solus ille ad salutem
De facto pervenerit.

Ex Aug. lib. 1. Contra duas Epist. Pelagian. Nec enim verificatur,
Quòd hic à Deo trahatur,
Qui velle supponitur,
Quin imò verificari
Debet, ad velle applicari,
Quia à Deo trahitur:

Subsume. Atqui, quo determinamur
Et ad velle applicamur
Pro morali gratiâ
Non supponit, cum dicatur
Quod, quandoque componatur
Cum hâc resistentiâ;

Ergò vt verificetur,
Quod hic solum qui trahetur
Ad Deum accesserit,
Gratiâ præveniente,
Et physicè influente
Opus ei fuerit.

His

His ſubſcribit Auguſtinus,
Quem ſumus, ait Martinus,
Sequturi in omnibus;
Cùm gratiam quâ volentes
Fimus, & conſentientes,
Ponat, ex nolentibus.

Martinus VIII.

Epiſt. 107. ad Vitalem.

Cùm, & gratiam agnoſcat
Quæ, quamtumvis cor dureſcat,
A nullo reſpuitur,
Eo quod, vt auferatur
Id omne quo induratur
Ideo tribuitur.

Lib. de prædeſt. ſanct. cap. 8.

Cùm dicat quod convertatur,
Et à Deo transferatur
Cor regis liberrimum
Per occultam poteſtatem,
Quæ eſt erga voluntatem
Quid efficaciſſimum.

Lib. 2. contr. duas Epiſt. Pelag. Cap. 2.

Cùm ab illo reſpuatur,
Quod fruſtra miſereatur
Deus, ſi nos nolumus;
Eo quod, ſi miſeretur
Hoc ipſo verificetur,
Quod illud iam volumus.

Lib. 1. ad Simplicianum.

Si

Quod præfatis D. Aug. authoritatib. contradicat Molinæ sententia.

Si námque talia dicit,
Numquid ei contradicit
Molinæ ſententia,
In qua fit, quia nolentes
Sumus, atque reſpuentes,
Inefficax gratia?

In quâ ſolùm ſuaſiua
Datur, ſivè allicitiva
Præveniens gratia,
Quæ ſubinde ad compellendum,
Et cor regis transferendum
Caret efficaciâ:

In qua non verificatur,
Quòd à nullo reſpuatur
Gratia quæ ponitur,
Quippe quæ, dum per conſenſum
Huíc obedis, per diſſenſum
A nobis reiicitur:

In qua demùm non volentes
Fimus, nec conſentientes
Gratiâ ex nolentibus;
Cùm in hâc, vt operetur
A nobis determinetur
Iam conſentientibus.

At?

At? numquid Thomas ſubſcribit
Auguſtino, quando ſcribit
Dei prouidentiâ
Nedum fuiſſe ordinata,
Sed & prædeterminata
Quæcumque ſunt Entia?

Quodlib. 12. art. 5.

Qui in noſtra libertate,
Vt cum Dei voluntate
Salvet contingentiam,
Et diuinæ voluntatis,
Et eius cauſalitatis
Affert efficaciam:

1. p. Qu. 19. art. 8. & opuſc. 2. cap. 140.

Qui vult pro certò tenendum
Quod, ſi Deus ad volendum
Humanum cor moverit,
Non poſſit illud ſupponi,
Et cum eodem componi
Quod cor non voluerit:

1. 2. Qu. 10. art. 4. ad 3.

Qui vult Deum inclinare,
Movere, determinare
Nos immutabiliter,
Quia Deus in movendo
Se habet, vt in volendo
Indefectibiliter:

Qu. 6. de Malo. art. vnico ad 3.

Qui

Qui vult quòd in voluntatem
Inducat necessitatem
Ipsa Dei motio,
Quam infallibilitatis
Vocat, non quæ libertatis
Dicatur coactio:

1. 2. Qu. 112. art. 2. in corp.

Qui vult nedum suadendo
Sive obiectiuè attrahendo
Nos ad voluntarium
Movere, & determinare,
Sed & intus inclinare,
Quod est Deo proprium:

1. P. Qu. 105. art. 4.

Subsumo. Sed hæc, neque possunt stare
Nec potes verificare
De morali gratiâ,
Quæ solum est suasiva,
Non prædeterminativa
Physicâ efficaciâ;

Ratio sub-sumpti. Cùm hæc gratia moralis,
Præcisè, & in quantum talis
Dùmtaxat alliciat
Obiectiuè invitando,
Et non intus inclinando
Voluntatem moveat;

Cùm

Cùm hæc non neceſſitatem
Inducat in voluntatem
Quâ infallibiliter
Actus ipſius ſequatur,
Quin imò cùm hac ponatur
Actus fallibiliter:

Cùm per hanc non inclinemur
A Deo, nec applicemur
Sic, immutabiliter,
Nec Deus hâc ſuadendo
Se habeat in mouendo
Indefectibiliter:

Cùm quamtumvis ſuaſione,
Et morali motione
Corda Deus moverit,
Poſſit id omne ſupponi,
Simulque poſſit componi
Quod cor non voluerit;

Cùm hæc vt in libertate,
Cum diuina voluntate
Salvet contingentiam,
Neque ad cauſalitatem
Recurrat, nec poteſtatem,
Sed ad præſcientiam:

Ergò

Ergò duo sunt ad minus,
Thomas nempe, & Augustinus,
A quibus cum gratiâ
Moraliter suasiuâ
Admittitur impulsiva
Physicâ efficaciâ.

D. Prosper carmine de ingratis cap. 15.

At numquid, & his subscribit
Divus Prosper, dùm hæc scribit,
Quòd quæ salvat gratia
Habet ipsa consummare
Opus suum, seu salvare
Sui efficaciâ:

Idem ibidem.

Quòd ei tempus agendi
Semper adest; seu sciendi,
Nulla vrget ratio
An pro nunc, sim consensurus,
An verò, sim dissensurus,
Vt eius sit actio:

Idem, ibidem.

Quòd illa non immoratur,
Dùm semel à Deo datur
Pro mutandis moribus:
Siuè quòd à nullis (dura
Quamtumvis sint & impura)
Respuitur cordibus:

Quod

Quod denique causis nullis,
Nec rationibus vllis,
Hæc anceps suspenditur,
Seu quod quamtùmvis tentatus
Ineptus sis, & vexatus
Effectum consequitur.

Idem ibidem

At inquiunt: si ponatur
Vt ad actum requiratur
Per se efficax gratia,
Nùmquid iustò, vt operetur
(Cùm hac quandoque privetur)
Deerit potentia.

Sed anathematisatur
Quicumque talia fatur,
Et exinde sequitur,
Quod iustus dùm increpatur,
Quia non rectè operatur,
Iniustè corripitur:

Subsumunt ex constitutione Innoc. X.

Ergò nec est admittenda,
Nec ad actum requirenda
Gratiæ efficacia,
Quæ sit physicè effectiva,
Et ad actum impulsiva,
Seu physica, & prævia.

Huic ergò, vt respondeatur,
Negandum quod inferatur
Ex hac efficacia,
Quod ad hoc vt operetur
Iustus (etsi hac priuetur)
Sit in impotentia;

Huiusce namque defectus
Non impedit, quin effectus
Sit verè possibilis;
Cùm detur hæc ad ponendum,
Non verò ad efficiendum
Quod res sit ponibilis.

Vnde Iustè arguetur,
Et meritò confundetur
Iustus, si non egerit;
Cùm, etsi non præbeatur
Gratia, qua id agatur,
Agere potuerit.

Instant contra solutionem.

Sed addes: vnde probatur,
Quod hâc gratiâ quæ datur,
Res non sit possibilis,
Sed quod detur ad ponendum,
Non verò ad efficiendum
Quod res sit ponibilis?

Respondetur

Reſpondetur hoc probari,
Et ex eo demonſtrari
Euidenti medio,
Quod, ſi gratia ponatur,
Certiſſimè conſequatur
Effectus poſitio.

Soluitur inſtantia.

Vndè fit, illam non dari,
Nec ad hoc deſiderari
Vt res ſit poſſibilis,
Cùm non proindè ponatur
Res, nec certò conſequatur,
Etſi ſit ponibilis.

Sed vrgent, ſi teneamur
Ad præceptum quo obligamur
Quoad exiſtentiam,
Seu quoad ipſum impleri,
Nec ſufficiat haberi
Implendi potentiam;

Obiiciunt 2.

Cùm, ſi ſemel ſupponatur,
Quod hæc gratia non datur,
Quâ fit res actualiter,
Non ſit tùnc amoris actus,
Ad quem homo eſt obligatus,
Niſi poſſibiliter;

Nùmquid hinc verificatur,
Quod tùnc homo teneatur
Ad quid impoſſibile,
Cùm id ad quod teneretur,
Modo quo obligaretur,
Non eſſet factibile?

Soluitur obiectio

Ad hoc ergò reſpondetur;
Quod licet, ſi denegetur
Præfata hæc gratia,
Repugnet reſpectu Dei,
Quod actus amoris mei
Sit tunc exiſtentia:

Erga tamen voluntatem,
Seu creatam libertatem,
Ac indifferentiam,
Non repugnat, quod ponatur
Amor ad quem obligatur,
Quoad exiſtentiam;

Cùm hæc, ad hoc vt ponatur,
Vel ad hoc vt omittatur
Actus exiſtentia
Ex ſe indifferens dicatur,
Nec cum vno connectatur,
Vt efficax gratia:

Vndè

Vndè cum lex, & præceptum
Suum ad nos dicant reſpectum
Cum nobis præcipiant,
Nec, qua prædeterminamur
Ad id, ad quod obligamur
Gratiam reſpiciant;

Nùmquid? hinc malè inferetur,
Quod homo, tunc teneretur
Ad quid impoſſibile,
Cùm ad nihil teneatur,
Quod modo quo obligatur
Non ſit tunc factibile.

Confirmatur ſolutio & obiectio retorquetur.

Sed, qui nobis aduerſantur
Vt ſuo confodiantur
Hîc aperto gladio,
Quæro de lege quæ datur,
Nùm pugnet, quod impleatur
Dùm ipſa ſit fractio;

Subſumo.

Sed in ipſâ fractione
Adhuc obligatione
Legis, ligat ratio,
Alioquin, non frangetur
Si non ſit, dùm non impletur
Implendi obligatio:

Ergò hinc ſequi videtur,
Quod ad quid homo tenetur,
Quod eſt impoſſibile,
Cùm frangendo obligetur,
Et illud ad quod tenetur,
Non ſit tunc factibile.

Ad hoc ergò quid dicturi?
Quid ad hoc ſunt reſponſuri;
Niſi quod reſpondimus,
Dùm ſupra ab illis obiectum,
Et iam in illos reiectum
Argumentum ſolvimus;

Quod ſcilicet cùm præceptum,
Suum ad nos dicat reſpectum,
Vt vtrumque poſſumus,
Hinc, ſi quid præcipiatur
In nobis eſt ne frangatur,
Si frangere nolumus.

Obiiciunt 3. Vrgent: vt verificetur
Quod, quando lex non impletur,
Per me ſolum ſteterit,
Nùmquid opus quod dicatur
Pendere à me quod ponatur,
Quod implere exegerit:

Sed

Sed, si sui ratione
Virtute, & perfectione,
Sit efficax gratia,
Nec à libero consensu
Pendeat, nec à dissensu
In sui efficaciâ;

Sumunt

Nequaquam verificatur
Pendere à me, quod ponatur,
Quod implere exegerit,
Cùm vt gratia habeatur
Efficax, non supponatur,
Quod tùnc per me steterit:

Ergò efficax per consensum
Debet esse, & per dissensum
Inefficax gratia,
Non propria ratione,
Virtute, & perfectione
Gaudere efficaciâ.

At hoc priusquam solvatur,
Placet, quod retorqueatur;
Pro quo ab ipsis quæritur,
Nùm gratia requiratur,
Ad hoc vt lex impleatur,
Quæ congrua dicitur?

Retorquetur obiectio in adversarios.

Subsumo. Atqui non verificatur
Pendere à me, quod ponatur
Congrua hæc gratia,
Aliàs à me penderet,
Quod illam Deus præberet
In hac circumſtantia;

Ergò vt verificetur,
Quod quando lex non impletur,
Per me ſolum ſteterit,
Non opus eſt quod dicatur
Pendere à me vt ponatur,
Quod implere exegerit.

Soluitur obiectio. Vndè, vt reſpondeatur;
Dico quod verificatur,
Quod tùnc per me ſteterit,
Si in me cauſa, cur negatur
Quòd opus eſt vt ponatur,
Sufficiens fuerit;

Sivè ſi in me aſſignetur
Motiuum, cur non præbetur,
Quod mihi opus fuerit;
Eo quod ſi non ponatur,
Tùnc mihi iuſtè imputatur,
Sicque per me ſteterit;

Sed

Sed dùm aliquis privatur
(Quamtumvis hoc requiratur)
Efficaci auxilio ;
Adhuc in illo assignatur
(quamtumvis iustus dicatur)
Sufficiens ratio ;

Subsume.

Tùm quia, cum requiratur
Ad hoc vt actus ponatur
Non est nobis debitum,
Et sufficiens privandi
Ratio, seu denegandi
Censetur indebitum ;

Prima subsumpti ratio

Tùm quia cum supponatur
In Iusto, dum hoc privatur,
Sufficiens gratia,
Quâ mens eius illustratur,
Et ad bonum excitatur
Volendi potentia,

Indè iustum renuentem
Invenit, ac resistentem,
Præfata privatio ;
Sicque, si eo privetur,
Hoc ipso in iusto habetur
Sufficiens ratio :

Ergo, licet à consensu
Non pendeat nec dissensu
Gratiæ efficacia,
Sed propria ratione,
Virtute, & perfectione
Sit efficax gratia;

Adhuc tamen hinc habetur,
Quod quando lex non impletur
Per me solùm steterit:
Non quidem, quasi dicatur.
Pendere à me, quod ponatur,
Quod implere exegerit;

Sed quia cur non ponatur,
Iam in me reperiatur
Sufficiens ratio,
Vt ex dictis colligetur,
Dum matura supponetur
Horum meditatio.

Obiiciunt 4. Aiunt rursus? si exigatur
Ad hoc vt quis convertatur
Per se efficax motio,
Numquid frustra adhibetur
(Etsi à Deo commendetur)
Ad bonum hortatio.

Nam

Nam, vel Deus hanc daturus
Eſt, & eâ converſurus;
Sicque datâ hac gratia
Cùm pro certo convertamus,
Hortatio qua iuvamur
Non eſt neceſſaria;

Vel nobis eſt deneganda,
Quippe quæ gratis eſt danda
Hæc efficax motio,
Sicque fruſtra adhibetur,
Cum qua nullus convertetur
Prædicta exhortatio.

Ad hoc ergo reſponſurus,
Quæro nùm ſis conceſſurus?
Quod, etſi non germinet
Terra niſi Deo dante
Incrementum, & iuvante,
Quamtumvis hic ſeminet;

Soluitur Obiectio ex D Anſel. de Concord. grat. & lib. arb. cap. 16.

Non tamen debet ceſſare
In ſpe meſſis ſeminare,
Quamtumvis ſeminibus
Non det Deus incrementum,
Sed ſæpe ſit decrementum
In ferendis fructibus:

At qui priusquam cor tuum
Rediens ad centrum suum,
Iustitiam germinet
Vult Deus, quod seminator,
Seu quem mittit Prædicator,
Verbum suum seminet:

Ergo sive sit daturus
Deus qua sit conversurus
Efficacem gratiam,
Sive nos eâ privare
Debeat, seu denegare
Gratiæ efficaciam;

Non debet ille cessare;
In spe messis seminare,
Cum eventum nesciat,
An scilicet incrementum
Sit dandum, an decrementum
Exinde eveniat.

Obiiciunt 5.

Addunt, hinc saltem inferri
Non nisi iniuste afferri,
Qua homo corripitur
Pænalem correctionem,
Dum mandatam actionem
Ille non exequitur

Cum

Cum quâ illam exequatur,
A Deo non præbeatur
Hæc efficax gratia,
Nec ſit vt hæc advocetur,
Et à Deo derivetur
In eius potentiâ.

At ex dictis reſpondetur
Quod cum, cur hæc denegetur
Sit in nobis ratio,
In quantum nos renuentes
Invenit, ac reſiſtentes
Talis denegatio:

Solvitur obiectio.

Hinc meritò imputatur
Quod illa non præbeatur,
Sicque qui corripitur,
Meritò corripietur,
Quantumvis hæc denegetur,
Qua actio ponitur.

Addo quod cum non dicatur,
Quod hæc nobis debeatur,
Eo quod non ponitur,
Vt hâc fiamus potentes,
Sed vt ſimus hâc ponentes
Actum de quo agitur;

Solvitur 2.

Numquid

Numquid, & ſi hæc denegetur,
Iuſtè adhuc infligetur
Pœnalis correctio,
Cum ex defectu donorum,
Nobis gratis conceſſorum
Non ſit excuſatio.

Ex D. Aug. Epiſt.105.

Soluitur 3. ex Aug. lib. de Correct. & Grat. c. 14.

Demùm ad hoc reſpondetur,
Quod vel ille recenſetur,
Qui ita corripitur,
In numero electorum,
Vel certè in reproborum
Numero adſcribitur.

Quod ſi primum ſupponatur,
Qui mirum ſi adhibeatur
Præfata correctio,
Cùm quod ſit huic medicina
Eius æterna, & divina
Faciat electio.

Quod ſi non ad electorum
Numerum, ſed reproborum
Correptus adſcribitur,
Quid mirum ſi corrigatur
Qui iam damnandus damnatur,
Et ſemper damnabitur.

Dicunt

Dicunt demùm ſi exigatur,
Vt cor pœnitens dicatur
Per ſe efficax gratia,
Numquid ſi hæc denegatur,
Fictè à Deo commendatur
Cordis pœnitentia.

Obiiciunt vltimò.

Verùm quæ ſic denegatur,
Si taliter exigatur
Vt homo pœniteat.
Quod ad poſſe pœnitere
Nedum ab actu tædere
Haberi oporteat,

Soluitur obiectio.

Tunc certè commendaretur
Fictè, quod converteretur
Cor ad pœnitentiam,
Cum tunc qui id commendaret,
Pœnitendi denegaret
Cordibus potentiam.

At quæ nobis denegatur
Gratia, cum exigatur
Vt cordis duritia
Totaliter auferatur,
Et minimè reſpuatur
Talis pœnitentia;

Hinc

Hinc non fictè commendatur,
Quin imo verificatur
Ficta commendatio,
Hoc ipso quod nobis datur
Id, quod si semel ponatur
Certò fit conversio.

Confirmatur hæc solutio.

Sed qui nobis hoc opponunt,
Numquid, vt verum supponunt
Quod veritas docuit,
Quod Deus in veritate,
Non fictè nec simulatè
Peccatum prohibuit:

Quod si non simulatoris,
Sed affectu salvatoris
Peccatum prohibeat,
Quamvis, vt impediatur,
Potens Deus supponatur,
Nec tamen impediat;

Numquid & in veritate,
Non fictè nec simulatè
Fiet commendatio,
Quamvis huius, quo exequetur
Mandatum si semel detur,
Fiat denegatio.

Quid

Quid ergo ex his concludendum?
Numquid ex Paulo inferendum
Quod, ne quis præ alio
Infletur dum operatur,
Opus est quod discernatur
Efficaci auxilio?

Numquid, & ex Augustini
Doctoris nostri Aquilini,
Infertur sententiâ,
Quod datur, ad hoc vt nolens
Fiat ex nolente volens,
Per se efficax gratia?

Numquid ex Prospero habetur,
Quod quæ à Deo præbetur
Ad salvandum gratia,
Habet ipsa consummare
Opus suum, seu salvare
Sui efficaciâ.

Numquid cum Thoma dicendum
Quod, si divina ad volendum
Cor gratia moverit,
Non possit illud supponi,
Et cum eodem componi
Quod cor non voluerit.

Demùm

Demùm Auguſtiniana,
Reiectâ Moliniana,
Numquid danda eſt gratia,
Quæ quidem eſt attractiva,
Suavis ſed inclinativa
Summâ efficaciâ.

QVÆST.

QVÆSTIO
NONA,

Vtrum gratia sufficiens Thomistarum in his in quibus non adest efficax sit verè sufficiens.

AD hoc plenè resolvendum
Hoc vnũ est supponendum,
Quod hæc de qua agitur,
Cum motione excitante,
Prout intus inclinante
Gratia convertitur:

Sive non quâ excitatur,
Quis exterius vocatur
Sufficiens gratia;
Sed qua mens intus docetur,
Et interius movetur
Volendi potentia.

Nam

Quòd gratia interius excitans sit gratia sufficiens.

Nam (vt infra demonstratur)
Dicitur, & appellatur
Gratia sufficiens,
Cum qua id ad quod movemur,
Vt potenter operemur,
Nihil est deficiens;

Subsumo.

Sed nil deesse censetur,
Hoc ipso quod quis movetur
Gratiâ interius,
Et si deesse dicatur
Si hac solum moveatur
Voluntas exterius,

Ratio subsumpti.

Cum hæc nil reale ponat,
Et impotentem supponat,
Et gratia interior
Cum intus recipiatur,
Quid in me addere dicatur
Quo fio potentior:

Ergo non quâ excitatur,
Quis exterius, vocatur
Sufficiens gratia,
Sed qua ita excitatur,
Vt ad intus moveatur
Volendi potentia.

Porrò

Porrò hinc vltra habetur,
Quod nuſquam nobis præbetur
Gratia ſufficiens,
Quin in voluntate effectus
Detur, ſaltem imperfectus
Quem ſit hæc efficiens.

Quod gratia ſufficiens habeat ſemper in nobis aliquem ſive aliquãtẽ effectum.

Nam ſi ad modum excitantis,
Moventis, & inclinantis
Se habet hæc gratia,
Numquid per hanc excitari,
Moveri, & inclinari
Debuit potentia;

Subſumo.

Sed niſi eliciatur
Actus ab ea, non datur
Paſſiva excitatio;
Cum hæc dicatur vitalis,
Et prout dicitur talis
Sit ipſius actio:

Ergo hinc vltra habetur,
Quod nuſquam nobis præbetur
Gratia ſufficiens,
Quin in voluntate effectus
Detur, ſaltem imperfectus
Quem ſit hæc efficiens;

Ita

Ita quod si præbeatur,
Vt aliquis conteratur
Sufficiens gratia,
Hæc non hunc quidem effectum,
Sed pium saltem affectum
Ponat in potentiâ.

Resolutio. Iam verò quod in præsenti
De tali sufficienti
Auxilio quæritur
Est : quo iure ad hunc effectum
Ad quem solum dat affectum
Sufficiens dicitur;

Seu quo iure vt conteramur
Sufficientes dicamur
Cum tali auxilio,
Cum quo non verificatur
(Nisi efficax addatur)
Quod fiat contritio.

Probatur 1. Quod quidem vt resolvatur,
Quæro num verè dicatur
Sufficiens gratia,
Si ab eo non petatur
Quod efficax appellatur
Hæc sufficientia;

Sed

Sed debet quivis fateri
Per efficax non haberi
Hanc ſufficientiam,
Sive non eſſe petendam
Ab eo nec deſumendam
Agendi potentiam:

Subſume.

Quod poteſt ex hoc probari,
Aut potius demonſtrari
Euidenti medio,
Quod ſi efficax ponatur,
Certiſſimè conſequatur
Effectus poſitio;

Ratio ſubſumpti.

Vnde fit illud non dari,
Nec ad hoc deſiderari
Vt res ſit poſſibilis,
Cùm non proinde ponatur
Res, nec extra emittatur
Etſi ſit ponibilis:

Ergo quamtumvis dicatur
Quod niſi efficax addatur,
Hæc ſufficientia
Ad actum non reducetur,
Adhuc meritò dicetur
Sufficiens gratia.

Sed

Probatur 2. Sed ad hoc quid reſponſurus ?
Numquid Deo conceſſurus
Ex omnipotentia,
Quod nunc ad hunc deſtruendum
Mundum, & reproducendum
Sit ſufficientia ?

Subſumi. Sed quo hæc exerceatur,
Et ad actum reducatur
Deeſſe ſupponimus,
Quia in Deo evertendi
Mundum aut reproducendi
Decretum non ponimus;

Ergò & quamvis dicatur
Quod niſi efficax addatur
Sufficiens gratia
Ad actum non reducetur,
Adhuc in eâ ponetur
hæc ſufficientia.

Reſpondent aduerſarii Dices ad iſtud ſoluendum,
Eſſe hoc Deo concedendum
Ex omnipotentiâ,
Quia eſt vt decernatur,
Et ad actum reducatur
In eius potentiâ;

Vnde

Vndè cum non concedatur
Quod ſic in me habeatur
Per ſe efficax gratia,
Hoc ipſo quod non ponetur,
Meritò à me excludetur
Hæc ſufficientia.

Refutatur

Hoc ergo impugnaturus,
Quæro? nùm ſis conceſſurus
In tuâ ſententiâ,
Quod, vt Petrus convertatur
Quæ congrua appellatur
Requiratur gratia?

Sive nùm prærequiratur,
Quod à Deo tribuatur
In hac circumſtantia,
In qua Petrum conſenſurum
Vidit, ac ſe converſurum
Scientiâ mediâ;

Subſumo.

Atqui non verificatur,
Pendere à me, quod ponatur
Congrua hæc gratia,
Aliàs à me penderet,
Quod illam Deus præberet
In hâc circumſtantia

Et tamen verificatur,
Quod Petrus vt convertatur,
Sit pro tunc ſufficiens;
Aliàs non convertetur,
Nec tamen, etſi obligetur,
Erit hic deficiens:

Ergo, etſi non concedatur
Pendere à me quod ponatur
Per ſe efficax gratia,
Hoc ipſo quod non ponetur
Non proinde excludetur
Hæc ſufficientia.

Probatur 3. Certè ſi deficiente
Gratiâ ſufficiente
Adeſt excuſatio,
Nec niſi iniuſtè infligetur
(Si ad libitum denegetur)
Pænalis correctio:

Numquid meritò negatur,
Quod illa conſtituatur
Gratuito auxilio,
Ex August. Epiſt. 105. Cum defectu auxiliorum
Nobis gratis conceſſorum
Non ſit excuſatio:

Sed

Sed merè gratuitò datur, *Subsume.*
Quod efficax appellatur,
Quippe quod non ponitur,
Vt hoc fiamus potentes,
Sed, vt hoc ſimus ponentes
Actum cui tribuitur:

Ergo, Etſi non addatur
Quod efficax appellatur,
Sufficiens gratia,
Adhuc iure reputatur,
Cùm hoc non conſtituatur
Hæc ſufficientia.

Rursùs, ſi conſtituatur *Probatur 4.*
Quis potens, & huic addatur
Mentis illuſtratio,
Simulque ſuper addatur,
Vt ad actum reducatur
Paſſiva excitatio:

Numquid eſt ille dicendus
(Quamtumvis adhuc cōplendus)
Sufficientiſſimus;
Cùm in genere potentis,
Sicque, & ſufficientis,
Sit tunc completiſſimus?

Subſumo. Atqui de quo affirmatur,
Quod ei communicatur
Sufficiens gratia,
Et mens eius illuſtratur,
Et ad actum excitatur,
Et adeſt potentia;

Hæc enim cum illuſtrante,
Interiuſque excitante
Gratia convertitur,
Per quam intus excitamur,
Illuſtramur, inclinamur,
Et poſſe tribuitur:

Ergo de quo affirmatur,
Quod ei communicatur
Sufficiens gratia,
In eo, etſi non addatur
Quæ efficax appellatur,
Eſt ſufficientia.

Probatur 4. Sed dicant, ſi cur hæc datur,
Quæ ſufficiens vocatur
Aſſignatur ratio,
Eo quod, vt præbeatur,
Eſſe in Deo ſupponatur
Certa obligatio;

Numquid

Numquid est stabilienda,
Ponenda, constituenda
Absque tali auxilio,
De quo nulla assignatur,
Cur à Deo tribuatur
Sufficiens ratio?

Atqui quare tribuatur,
Quod efficax appellatur
Vt fiat conversio,
Extitere tres ad minus,
Prosper, Thomas, Augustinus,
Respondentes: nescio;

D. Aug. tract. 26. in Ioan. D. Prosp. lib. 1. de Voc. gent. cap. Vit. & D. Th. 3 cont. gent. cap. 161.

Ergo adhuc supponetur,
Nec immeritò dicetur
Gratia sufficiens,
Quantumvis, hæc non dicatur
(Quia efficax non datur)
Ad actum progrediens.

Demùm quæro ab adversante?
Num, ipso Deum orante
Pro habendâ gratiâ,
Quâ voluntas convertatur,
Efficacia petatur,
Non sufficientia;

Probatur 5.

Ratio assumpti.

Cùm etſi hæc concedatur,
Non proinde conſequatur
Præfata converſio,
Quin imò poteſt ſupponi,
Et cum eadem componi
Ipſa legis fractio:

Subſumo.

Atqui dùm Deus rogatur,
Hoc ipſo manifeſtatur
Noſtra indigentia:
Ergo, etſi indigeamus
Adhuc, vt de facto agamus;
Eſt ſufficientia

Obiiciunt 1.

Sed aiunt: ſi ad equitandum
Sivè ad equum agitandum
Non eſt quis ſufficiens,
Hoc ipſo quod non habetur
Equus ille, vt agitetur,
Sed eſt inſufficiens;

Cùm à nobis requiratur
Efficax, quâ exerceatur
Sufficiens gratia;
Numquid privari dicetur,
Dùm efficax non addetur,
Hac ſufficientiâ.

Huic

Soluitur obiectio.

Huic ergo, vt respondeatur,
Dico, quod cùm requiratur
Equi suppositio;
Vt possibilis dicatur,
Nedùm vt actu ponatur
Eius agitatio;

Hinc non est ad equitandum,
Sivè ad equum agitandum,
Hæc sufficientia,
Cum desit id quo habetur,
Stabilitur, & completur
Ad illud potentia;

Quia verò, ad hoc non datur,
Nec ad hoc desideratur
Efficax auxilium,
Vt possibile dicatur,
Sed, vt de facto ponatur
Eius exercitium;

Hinc quamtumvis denegetur
Non sequitur, quod privetur
Quis sufficientiâ
Cùm non desit quò habetur,
Stabilitur, & completur
Agendi potentia.

Instant. Sed addes : vnde probatur
Quod equus ſic requiratur
Ex parte potentiæ,
Qua potenter agitatur,
Nec tamen id concedatur
Efficaci gratiæ :

Solvitur instantia. Reſpondetur, hoc probari,
Et ex eo demonſtrari,
Quod equi poſſeſſio,
Poteſt de facto ſupponi,
Neque tamen debet poni
Hoc ipſo equitatio :

Vndè, ſi prærequiratur,
Quod equus poſſideatur,
Solum prærequiritur,
Vt potentia habeatur,
Nedùm vt exerceatur,
Quippe quod non ſequitur :

At verò cùm requiratur,
Quod efficax appellatur,
Vt ex tali auxilio
(Si à Deo conferatur)
Certiſſimè conſequatur
Effectus poſitio :

Indè fit illud non dari,
Nec ad hoc desiderari,
Vt res sit possibilis,
Cùm non proindè ponatur
Res, nec extra emittatur,
Quantumvis sit dabilis.

Rursus Quærunt: nùm dicatur, *Obiiciunt 3.*
Quod cui communicatur
Sufficiens gratia,
De illo verificatur,
Quod, si velit, operatur
Hâc sufficientiâ;

Sed hæc de qua sermo habetur, *Subsumunt.*
Quamtumcumque nobis detur,
Non verificabitur,
Quod, qui eâ excitatur
(Nisi efficax addatur)
Si vult operabitur;

Cùm ex Dei voluntate, *Ratio subsumpti.*
Non ab eius libertate,
Tunc pendeat gratia:
Cùm qua sola operatur,
Eo quod huic non subdatur
Gratiæ efficacia.

Ergo falsò affirmatur,
Quod ei tunc præbeatur
Gratia sufficiens,
Si nusquam verificetur
Quod, nisi efficax detur
Erit hæc efficiens.

Solvitur obiectio. Ad hoc ergo, responsurus,
Quæro? nùm sis concessurus
Quod, si per hunc steterit,
Quod Deus qua operatur,
Atque prædeterminatur,
Gratiam non dederit,

Tùnc adhuc verificetur
Quod, si velit, operetur,
Cùm sit tunc carentia
Illius quo operari
Debet, & determinari
Ei voluntaria:

Subsumo. Atqui, non deficiente
Gratia sufficiente,
Tunc quod per hunc steterit,
Quod Deus quâ operatur,
Gratiam non largiatur
Rectè quivis dixerit;

Quia

Quia per ſufficientem, *Ratio ſubſumpti.*
Ei non deficientem,
Cùm ille iam fuerit
In mente ſua illuſtratus,
In voluntate excitatus
Nec poſſe defuerit:

Hinc fit quod hunc renuentem
Invenit, ac reſiſtentem
Gratiæ privatio;
Subindeque cur privetur,
Hoc ipſo in illo habetur
Sufficiens ratio:

Ergo, etſi non habeatur
Gratia quâ operatur,
Sed illâ caruerit,
Rectè adhuc affirmatur,
Quod ſi velit operatur,
Cùm per illum ſteterit.

Vrgent quod ſufficienti *Obiiciunt 1o*
Ei non deficienti
Non eſt reſiſtentia,
Niſi quia tunc non adeſt
Qua conſentiat, ſed abeſt
Hæc efficax gratia?

M 6

Ergo non verificatur,
Quod ille à Deo privatur
Efficaci auxilio,
Quia illum renitentem
Invenit, ac respuentem
Præfata privatio.

Solvitur obiectio.

Sed ad istud respondetur,
Quod quamvis verificetur,
Quod huic non resistitur
Gratiæ sufficienti,
Quia per se efficienti
Hic gratia imbuitur:

Non tamen verificatur
Quod huic gratiæ quæ datur
Fiat resistentia,
Quia scilicet non adest
Qua consentiat, sed abest
Hæc efficax gratia,

Explicatio solutionis.

Sicut quantumvis dicatur,
Quod malum non committatur,
Quia non permittitur,
Non tamen verificatur,
Quod eo quod permittatur
Ideo committitur;

Quod

Quod ſi in defenſionem
Huius quæras rationem,
Dico quod hoc ponitur
Quia bonus eſt conſenſus,
Malus vero eſt diſſenſus
Quo gratiæ obſiſtitur;

Adducitur ratio ſolutionis.

Vndè cum de ſursùm detur
Omne quod bonum habetur,
Inde non reſiſtitur
Gratiæ ſufficienti,
Quia per ſe efficienti
Hic gratia imbuitur:

At quia tu ex teipſo,
Sicut & ego ex meipſo
A rectò deficimus,
Eo quod vt creaturæ
Contingenter extituræ
In nihilum tendimus;

Hinc non quia denegatur
Quæ efficax appellatur
Gratiæ reſiſtimus;
Sed quia cum ex natura
Pura ſimus creatura,
Ex nobis deficimus.

Dicunt

Obiiciunt 5.

Dicunt demùm hinc inferri,
Nobis à Deo præberi
Hanc ſufficientiam,
Vt in nos damnationis,
Sive ſeparationis
Proferat ſententiam.

Nam quia non excuſamur,
Dum eâ non operamur
Cùm ſit hæc ſufficiens,
Cùmque nuſquam operemur
Quamtumvis hac excitemur
Cùm non ſit efficiens;

Numquid ad damnationem,
Non cæli adeptionem
Nobis illa dabitur,
Cum quamtumvis conferatur
(Niſi efficax addatur)
Hac nullus ſalvabitur?

Solvitur obiectio & retorquetur.

Huic ergo, vt reſpondeatur,
Iuvat quod retorqueatur,
Pro quo ab adverſariis
Quæro num plures creandos
Velit Deus, quos damnandos
Scit ille ſuppliciis:

Numquid

Numquid ergo ad damnandum,
Non autem ad coronandum
Hæc erit creatio,
Cum à Creante ſciatur,
Quod pro certo conſequatur
Ad illam damnatio?

Quod ſi hæc, non ad damnandum
Sed ad quemvis coronandum
Creatio ponitur,
Quia ob quam denegatur
Id quo pro certo ſalvatur
Culpa præſupponitur.

Explicatur ſolutio.

Numquid ad hoc vt ſalvemur
Erit, non vero vt damnemur
Gratia ſufficiens
Cum, vt ex dictis habetur
Propter culpam denegetur
Quo fit hæc efficiens.

QVÆSTIO DECIMA

Vtrum ad agendum requiratur concursus Prævius, sive præmotio physica.

SVPPONO præmotionem,
Prædeterminationem,
Et concursum prævium
Idem apud nos sonare,
Et idem significare
In ore adversantium;

Vnde concursus hic datur,
Resolutio. Si semel stabiliatur
Prædeterminatio,
Sicut hæc stabilietur,
Si nimirum demonstretur,
Quod detur præmotio.

Hoc

Hoc ergo vt demonstretur,
Quæro, nùm homo operetur
Per hoc quod reducitur
De potentia ad actum,
Si vt agens non redactum
Quandoque supponitur:

Probatur 1.

Numquid ergo hinc inferendum
Illum esse reducendum
Priusquam sit actio,
Si per hanc reductionem,
Facit operationem
Exire à principio?

Sed ad hòc vt reducatur;
Opus est quod apponatur
Creatoris motio,
Vt sic in reductione,
Sicut & in actione
Sit subordinatio:

Subsumo.

Ergo ad eius actionem
Habet antecessionem
Diuina hæc motio,
Cum reductio ponatur,
Quam hæc saltem comitatur
Priusquam sit actio:

Sed

Subsumo iterum. Sed motio antecedens,
Sic actionem præcedens
Præmotio dicitur:
Ergo vt verificetur
Quod creatura operetur
Illa prærequiritur.

Probatur 2. Sed ad hoc quid Responsurus?
Si Deus est actus purus,
Vt esse supponitur,
Numquid in causalitate,
Sicut in actualitate
Primitate fruitur;

Subsumo. Sed primitas in causando,
Primitas in operando
Non est compatibilis
Cum eiusdem simultate
Quæ sit in causalitate
Simul assignabilis;

Ratio subsumpti. Cum quæ sibi adversantur,
De eodem non dicantur
Sub eodem munere;
Et primitas simultati,
Vt simultas primitati,
Opponatur genere:

Ergo

Ergo non Simul movendo,
Sed prævie concurrendo
Debet Deus agere,
Nisi velis simultatem,
Simul & prioritatem
In vnum confundere.

Certè si modus agendi, *Probatur 3.*
Modum sequitur essendi
Vt fertur adagio:
Numquid primus in essendo,
Sic est primus in agendo,
Vt adsit proportio?

Atqui Deus in essendo *Subsum.*
Sic est primus, vt loquendo
In quolibet genere,
Deus ad omne quod datur
Vt quid prius comparatur
Debens præexistere;

Ergo vt modus agendi,
Modum sequatur essendi,
Ita debet agere,
Vt quamlibet actionem,
Sive operationem
Dicatur præcedere:

Subsumo. Sed hoc non verificatur,
Nisi in quantum operatur
Per concursum prævium,
Ergo concursus hic datur,
Velut falsum reputatur
Quod hoc fert adagium.

Probatur 4. Addo: si inter creaturam,
Et Creatricem naturam
In hoc est discretio,
Quod Creatrix hæc natura
Est à se, & creatura
Est tantum ab alio:

Numquid quod in Deo datur;
Si à se verificatur,
Et vt à se ponitur,
Hoc non à se stabilitur]
Sed si in nobis reperitur
Ab alio petitur?

Subsumo. Sed de Deo affirmatur
Quod à se determinatur,
Vt carens principio:
Ergo debet affirmari
A se non determinari
Petrum, sed ab alio;

Sed

Sed quod ſic determinatur,
Simul prædeterminatur,
Cum determinatio
Ex eo vnde derivatur,
Vt effectus conſequatur
Tanquam ex principio:

Iterum ſubſumo.

Nùmquid ergo eſt inferendum,
Et pro certò aſſerendum
Quod, qui operabitur,
A Deo, de quo affirmatur,
Quod à ſe determinatur,
Prædeterminabitur;

Sed qui nobis adverſantur,
Vt ſuo confodiantur
Hic aperto gladio,
Probemus quod non nocebit
Libertati, ſed favebit
Prædeterminatio.

Expungitur I. fundamentum aduerſariorum.

Certè ſi hæc (vt ſupponunt
Qui hoc nobis hìc opponunt)
Eſt efficaciſſima,
Eo quod à voluntate
Emanet, & poteſtate
Omnipotentiſſimâ:

Nùmquid

Nùmquid id omne, ad quod datur,
Et ad quod hæc terminatur,
Certiſſimè eveniet?
Quid enim Dei volentis,
Efficacis, præpotentis
Effectum impediet?

Atqui ad actum futurum
Subſumo. Vt liberè eventurum,
Prædeterminatio
Supponitur terminari,
Nec tantum ad operari
Fit hæc terminatio;

Ratio ſubſumpti. Cùm divinæ voluntatis,
Eiuſdemque poteſtatis
Sit quaſi cauſalitas,
In qua in efficiendo,
Seu in effectu attingendo
Eſt vniverſalitas:

Ergo qui ponetur actus,
Quia prædeterminatus,
Ponetur hic liberè,
Vel Falſum eſt, quod ponatur
Sicut prædeterminatur,
Quod nec audent dicere.

Sed

Sed dicant : si nusquam datur
Effectus , qui destruatur
A causa quâ ponitur ,
Quin imo omnis qui datur ,
Et à causâ conservatur ,
Et ab hac perficitur :

Expungitur 2. idem fundamentum.

Nùmquid , & perficietur ,
Non verò , vt aiunt , lædetur
Per concursum prævium ,
Actus liberè ponendus ,
Si per hunc sit producendus
Tanquam per principium ?

Sed de facto , sic habetur ;
Cùm nullum de facto detur
Causale principium ,
Quod ad id quod operatur ,
Et quod ab illo causatur ,
Non dicatur prævium :

Subsumo.

Ergò Deo præmovente ,
Et præviè concurrente
Ad actum qui ponitur ,
Tantum abest quod lædatur
Libertas , cum qua causatur ,
Quin imo perficitur.

Demùm,

Expungitur 3. idem fundamentum.

Demùm, Etsi ad hoc agendum,
Puta ad amorem ponendum,
Deus sic determinet,
Vt nos præviè movendo,
Et præviè concurrendo
Ad hoc prædeterminet:

Nùmquid adhuc affirmatur,
Quod amor hic iudicatur
Cum indifferentia,
Cùm non ita proponatur
Voluntati, vt dicatur
Ens continens omnia?

Subsumo.

Sed oportet voluntatem,
Ad voliti bonitatem
Ferri, vt proponitur,
Quippe quæ cognitionem
Seu ducentem rationem
Ex naturâ sequitur:

Nùmquid ergò ad hoc agendum,
Puta ad amorem ponendum,
Cum indifferentia
Voluntas nostra feretur;
Etsi prædeterminetur
Cum tanta efficaciâ.

At

At opponunt nos relictos,
Et in manu constitutos
Proprii consilii.
Vt nobis in eligendis,
Sivè liberè agendis
Simus consiliarij;

Obiiciunt 1. ex cap. 15. Eclesiast.

Sed hoc non verificatur,
Hoc ipso quod affirmatur,
Quod prædefinierit
Omnes Deus actiones,
Singulasque electiones
Prædeterminaverit:

Subsumunt.

Ergò non est admittenda
Circa liberè agenda
Prædeterminatio,
Vt sic homo statuatur,
Et in suo relinquatur
Proprio consilio.

Sed, ad istud respondetur,
Quod cùm Deus operetur
Secundum consilium
Sui ipsius voluntatis,
Quæ nostræ sunt libertatis
Cùm causa sit omnium:

Solvitur obiectio.

Nos nobis consiliantes,
Et verè deliberantes
Reliquit, & statuit,
Sed primi consiliantis,
Primique deliberantis
Sibi munus voluit.

Vnde hinc quidem habetur,
Quod homo determinetur
Quia se determinat,
Sed cùm non sit primus motor
Nec primus consiliator
Solum post determinat.

Obiiciunt 2.

Sed aiunt: vt libertate
Et liberâ voluntate
Gaudeat arbitrium,
Numquid illud, vt acturum
Est hoc ipso habiturum
In actum Dominium;

Subsumo.

Sed dominio careret,
Si actus ille penderet
A concursu prævio,
In quantum pro tunc carebit,
Supra id â quo pendebit
Actus hic dominio;

Ergo

Ergo nec determinare
Debet Deus, nec causare
Per concursum prævium,
Si velis quod libertate,
Et libera voluntate
Gaudeat arbitrum.

At huic primò respondetur,
Quod, vt Pereira fatetur,
Hæc est differentia
Inter ipsam increatam
Libertatem, & creatam
Quantum ad dominia;

Soluitur 1. ex Pereira auth. societ. in sua Philosophia lib. 8. de causis cap. 9.

Quod prima, cùm independens
Cùm à nullo sit dependens,
Cùm nullo indigeat,
Supra cuncta à quibus actus
Dependet, in quantum factus
Dominium habeat:

Libertas autem creata,
Cum non ita denudata
Sit à dependentiâ,
Sed sit subdita in essendo,
Sit subdita in agendo,
Et quantum ad omnia,

Hinc fit non esse dicendum,
Ita fore extendendum
Ipsius dominium,
Vt ad cuncta extendatur,
A quibus actus causatur,
Et ad omne prævium;

Alioquin diceretur,
Quod ad hæc extenderetur
Quibus nos subiicimur,
Puta ad Dei voluntatem,
Et primævam libertatem,
Quibus omnes Subdimur.

Vel, vt aliter solvatur;
Respondetur 2. Esto quod, quod non habeatur
In concursum prævium,
Dominium quasi activum,
In illum tamen passivum,
Habemus dominium;

Sive illum, vt effectum,
Et quasi sibi subiectum,
Non habet arbitrium,
Illum tamen libertatis,
Eiusdemque potestatis
Habet, vt principium;

Cùm

Cùm ab illo oriatur, *Ratio assumpti.*
Quod actus à me ponatur
Cum indifferentiâ,
Eo quod actus qui datur,
A concursu attingatur
Modus, & substantiâ

Vndè licet non activum,
In illum tamen passivum
Habemus dominium,
Sicque magis roboratur,
Quam per illum destruatur
Liberum arbitrium.

Sed addit Pater Annatus, *Obiiciunt 1.*
Concursus ille præfatus,
Nùmquid suppositio
Dici debet antecedens,
Cum sit, & actum præcedens,
Et prævia motio.

Sed ex vi connexionis *Subsumunt.*
Huius suppositionis
Necessitas sequitur,
Quâ, cùm sit non consequentis,
Sed cuiusdam præcedentis,
Libertas destruitur:

Nùmqui d ergò eſt explodenda,
Expungenda, exti nguenda
Præfata præmotio,
Cùm noſtræ ſit libertatis,
Atque flexibilitatis
Totalis deſtructio?

Solvitur obiectio.

Huic ergò, vt reſpondeatur,
Dico, quod cùm hic agatur,
De antecedentiâ
Libertatis cauſativâ,
Eiuſdemque reductivâ,
De pura potentia;

Ratio aſſumpti.

Cùm concurſus antecedens
Sit actum noſtrum præcedens,
Vt Dei cauſalitas,
Ex qua ſicut derivatur
Subſtantia, actus qui datur,
Ita & modalitas:

Quo iure neceſſitari
Vult ille, & violari
Liberum de quo agitur
Niſi velit extinguendum
Effectum, & deſtruendum
Per cauſam quâ ponitur.

In

In hoc ergo, allucinatus
Fuit Franciſcus Annatus,
Quod exiſtimaverit
Omne ſic anteceſſurum
Libertatem, hanc læſurum
Si phyſicè influxerit.

Quod Annati fundamentum,
Fuiſſe deliramentum
Ex eo colligitur,
Quod per id à quo cauſatur,
Et Phyſicè derivatur,
Libertas non læditur:

Subſumo.

Atqui à nullo cauſari
Poteſt, nec ſic derivari
Niſi ſit quid prævium,
Cùm nil ad extra ponatur,
Quod ad ſuum non ſequatur
Cauſale principium:

Ergo Franciſcus Annatus,
In hoc eſt allucinatus,
Quod exiſtimaverit,
Omne ſic anteceſſurum
Libertatem, hanc læſurum,
Si phyſicè influxerit.

Quod necessitas quæ inducitur ex suppositione antecedente concursus prævii non sit antecedens sed consequens.

Non ergò in voluntatem
Inducit necessitatem
Talis suppositio,
Quæ antecedens dicatur,
Cùm illa non opponatur
Libero arbitrio

Sed cùm à causâ inducatur;
Per quam libertas servatur,
Ac si esset subsequens;
Quid mirum, si sit dicenda
Necessitas inducenda
Virtualiter consequens.

Obiiciunt 4.

Sed aiunt : si definitur,
Ponitur, & stabilitur
Omne agens liberè,
Per hoc, quod prærequisitis,
Positis, & stabilitis
Potuit non agere;

Nùmquid hinc potest supponi
Cum requisitis componi,
Prædictum non agere;
Sicut cum his actionem,
Et actus positionem
Possumus componere?

Atqui

Atqui cum præmotione,
Nullâ poteſt ratione
Componi non actio,
Cùm inter præmotionem,
Et præmotam actionem
Tanta ſit connexio:

Subſumunt.

Ergò, vel illa non datur,
Vel ſi ſemel admittatur
Præfata præmotio,
Quæ eſt de libero agente,
Data nullo renuente,
Ruit definitio.

Huic ergò, vt reſpondeatur,
Placet quod retorqueatur
In illos obiectio,
Vt ſic magis declaretur,
Quæ à nobis adducetur
Ad illam reſponſio.

Retorquetur obiectio in adverſarios

Pro quo dico electionem,
Seu prædeſtinationem
(Quo quo modo fuerit)
Prærequiri ad electorum
Salutem, cum reproborum
Nullum ſic elegerit;

Subſumo. Sed abſit, quod ſupponatur,
Quod cum illâ componatur
Electi damnatio,
Ita quod prædeſtinatus
Sit aliquando damnatus
Vt vult compoſitio:

Cùm ergò confiteantur
Quod, qui ſic prædeſtinantur,
Hi ſalvantur liberè,
Non debet poſſe ſupponi,
Cum requiſitis componi
Prædictum non agere.

Vndè, dico hæc requiſita
Aut, ſi vis, prærequiſita
Ad agendum liberè
Eſſe à nobis diſtinguenda,
Eaquè conſtituenda
In duplici genere.

Si namque ſic requirantur,
Vt concurrere dicantur
Ad poſſe efficere,
Tunc damus poſſe ſupponi;
Cum requiſitis componi
Prædictum non agere;

Si

Si verò ſic requiramus,
Non vt per hæc compleamus
Agendi potentiam,
Sed magis vt reducatur,
Prout per hæc aplicatur,
Ad efficientiam:

Tunc nego poſſe ſupponi
Cum requiſitis componi
Prædictum non ágere,
Cùm hæc, vt applicativa,
Et ad actum reductiva
Inferant efficere:

Sed dictam præmotionem, Subſum.
Ob hanc tantum rationem,
Nos ibi requirimus,
Quia, vt applicatiuum,
Et ad actum reductiuum
Illam præexigimus;

Ergò cùm præmotione
Nullâ debet ratione,
Componi non actio,
Sicque quam ſupra adduxere
Nobiſque oppoſuere,
Hæc ruit obiectio.

Obiiciunt 5.

Vrgent, quod hinc ſequeretur,
Quod de cane diceretur
Latrare tunc liberè,
Cùm poſſit cum requiſitis
Modo ſimili expetitis,
Latratum ſuſpendere.

Si namque ſic requirantur,
Vt concurrere dicantur
Ad poſſe efficere,
Quis neget poſſe ſupponi,
Cùm requiſitis componi
Latratum ſuſpendere;

Si verò hæc requiramus
Non quidem vt compleamus
Latrandi potentiam
Sed magis vt reducatur,
Prout per hæc aplicatur
Ad efficientiam:

Quis dicat poſſe ſupponi,
Cùm requiſitis componi
Latratum ſuſpendere,
Cùm hæc vt aplicativa
Et ad actum reductiva
Inferant efficere?

Sed

Sed huic, ſtatim reſpondetur
Quod ſi verificaretur:
Canis latrat liberè,
Ita poſſet non latrare,
Vt poſſes verificare
Canem hoc eligere;

Soluitur obiectio.

Cum vis illa eligendi,
Aut electum reſpuendi
Radix, & principium,
Cuiuſvis ſit libertatis,
Et liberæ voluntatis
Cauſet exercitium:

Ratio aſſumpti.

At nequit ſic non latrare,
Quod poſſis verificare
Canem hoc eligere;
Nec poteſt electionem,
Aut eius ſuſpenſionem
Canis ſibi elicere;

Subſumo.

Cum vis illa eligendi,
Ex vi fluat cognoſcendi
Cum indifferentia,
Sitque ad vnum terminata,
Sicut & determinata
Brutorum notitia:

Ratio ſubſumpti.

Ergò,

Ergo, etsi possit supponi,
Cum requisitis componi
Latratum suspendere,
Si nempè sic requirantur
Vt concurrere dicantur
Ad posse efficere:

Non tamen hinc inferetur;
Latratum qui suspendetur
Suspendi tunc liberè,
Cum canis suspensionem,
Per huius electionem.
Non possit elicere.

Obiiciunt ultimò. Dicunt demùm declarari
Non posse, nec explicari
Quid sit hæc præmotio:
Ergo cum quid est, si detur,
Nobis non notificetur,
Non est dandi ratio.

Soluitur obiectio. At huic respondent Thomistæ
Quod, si ignorant Molinistæ
Quid sit hæc præmotio,
Sciunt ipsi quod dicatur,
Sit, sonet, intelligatur
Virtuosa motio;

Sive

Sive quod ſit hæc influxus,
Qui vt prævius concurſus
Nobis ſuperadditur,
Vt Deo ſubordinemur,
Hoc ipſo quod reducemur
Ad actum qui ſequitur.

Quod requiratur præmotio vt Deo in agendo ſubordinemur.

Nec enim ſubordinamur,
Niſi ad actum reducamur
Mediante auxilio,
Cùm perfectio dicatur
Et realis ſupponatur
Ad actum reductio;

Subſume.

Sed cum prior actione
Sit naturâ, & ratione,
Ad actum reductio,
Abſit quod conſtituatur,
Et talis ſtabiliatur,
Niſi à quodam prævio:

Numquid ergo vt in agendo,
Et non tantum in eſſendo
Sit ſubordinatio,
Vt noſtrum applicativa
Et ad actum reductiva
Danda eſt præmotio?

QVÆSTIO VNDECIMA,

Vtrum præmoveat etiam Deus, & physicè prædeterminet ad materiale peccati.

DEVM ad materiale,
Nè dicatur ad formale
Peccati concurrere,
Negant prædeterminare
Physicè, vt invitare
Negant, & allicere.

Resolutio. Sed quam falsò id negarunt,
Et quam meritò affirmarunt
Thomistæ oppositum,
Vt ex dictis demonstretur
Iuvat, si hìc prænotetur
Quid supra expositum,

Pro

Pro quo quæro, nùm dicatur
Quod quilibet operatur,
Per hoc quod reducitur
De potentiâ ad actum,
Si vt agens non redactum
Quandoque supponitur:

Probatur 1.

Numquid ergo est inferendum
Ipsum esse reducendum,
Priusquam sit actio,
Si per hanc reductionem
Facit operationem
Exire à principio?

Sed ad hoc vt reducatur,
Opus est quod apponatur
Creatoris motio;
Vt sic in reductione,
Sicut & in actione
Sit subordinatio;

Subsumo.

Numquid ergo ad actionem,
Habet antecessionem
Divina hæc motio,
Cum reductio ponatur,
Quam hæc saltem comitatur
Priusquam sit actio?

Sed

Subsumo. Sed motio antecedens,
Et sic ad actum præcedens
Præmotio dicitur:
Numquid ergo vt dicatur,
Quod creatura operatur
Præmotio exigitur?

Subsumo. Sed hæc ad materiale
Peccati, in quantum tale
Extenditur ratio,
Cùm hoc esse supponatur,
Quin imo & definiatur
Physica operatio:

Ergo prædeterminare
Debet Deus, vt peccare
Possim & deficere,
Vel certè ad reductionem
Quâ tendo ad actionem,
Non debet concurrere.

Respondent adversarij. Dicent fortè creaturam
Seipsâ se reducturam
Sic ad exercitium,
Sicque neque reducendam,
Nec consequenter movendam
Per concursum prævium.

Sed

Sed amabo recordentur,
Quod quæ in Deo habentur
Vt à ſe exiſtentia,
Debent hæc in creatura,
A Creatrice naturâ
Eſſe dependentia:

Refutatur 1. hæc reſponſio.

Sed de Deo affirmatur
Quod ſeipſo reducatur,
Non autem ab alio:
Numquid ergo eſt inferendum
Me à Deo reducendum,
Sicque influxu prævio.

Subſumo.

Certè ſi ad egreſſum actus
Sum quandoque actu redactus,
Quandoque in potentiâ,
Numquid eſt ſuperaddenda,
Et vt addita cenſenda
Talis reducentia?

Refut. 2.

Sed ad id omne quod datur,
Si mihi ſuperaddatur,
Debet ſuperadditum
Deus influxum præbere,
Cum non poſſim hoc habere
Vt à meipſo additum:

Subſumo.

Falsùm

Falſum ergo creaturam,
Seipſâ ſe reducturam
Sic ad exercitium,
Sed eſt illa reducenda,
Et conſequenter movenda,
Per concurſum prævium,

Probatur 2. Rursùs ſi ab indifferente,
Sive ab ente exiſtente
Adhuc in potentia
Nil determinate exire,
Nihilque in lucem prodire
Docet Philoſophia;

Numquid, vt determinetur,
Reducatur, operetur
Agentis potentia,
Opus eſt cauſa actuali
A qua tollatur vt tali
Hæc indifferentia?

Subſumo. Sed quia habitualis
Cauſa, ſive virtualis
Agens tunc ſupponitur,
Cauſa illa actualis
Deus eſt, qui actu talis
Pro ſemper aſſeritur:

Ergo

Ergo vt determinentur,
Reducantur, operentur
Creata agentia,
Opus eſt quod tribuatur
Concurſus quo reducatur
Eorum potentia;

Sed cauſa reductionis, *Subſume.*
Et determinationis
Eſt prævia motio;
Cum cauſa præſupponatur,
Et poſterior dicatur
Effectus principio:

Numquid ergo vt operentur,
Et ad hoc determinentur
Creata agentia,
Opus eſt quod reducatur,
Per hoc quod præmoveatur
Eorum potentia?

Sed hæc ad materiale
Peccati in quantum tale
Extenditur ratio,
Cùm hoc eſſe ſupponatur,
Quin imo & definiatur
Phyſica operatio:

Ergo

Ergo prædeterminare
Debet Deus, vt peccare
Possim, & deficere,
Vel certè ad reductionem,
Qua tendo ad actionem
Non debet concurrere.

Probatur 3. expungendo præcipuum aduersariorum fundamentum.

Sed priusquam proponantur
Quæ qui nobis adversantur
Solent hîc opponere,
Placet per hoc argumentum
Maius horum fundamentum
Prius hic resolvere.

Negant ergo ad peccatum,
Non formaliter spectatum
Sed materialiter
Deum prædeterminare,
Quia negant hoc causare
Spectatum formaliter

Nam cùm ad materiale
Certò sequatur formale,
Prædeterminatio
Prædicti materialis,
Numquid, aiunt, & formalis
Erit hæc positio?

Sed

Sed quam futile argumentum,
Quam leve ſit fundamentum,
Ex eo colligitur,
Quod hinc culpæ originalis,
Prout formaliter talis
Deus Author dicitur.

Deum enim imperaſſe
Adam Abel generaſſe
Quis inficiabitur?
Quis ergo præmotionem
Ad hanc generationem
Dari diffitebitur?

Sed ad generationem,
Tanquam ad tranſmiſſionem *Subſumo.*
Peccatum originis
Eſt hoc ipſo conſequtum,
Et cor Abelis pollutum
Mixtione ſeminis;

Si ergo quia formale,
Sequitur materiale
Prædeterminatio
Prædicti materialis,
Debet eſſe & formalis,
Cauſalis poſitio:

Numquid Deus, & Abelis,
Et culpæ originalis
Hinc author evaſerit;
Cum id ad quod ſecutura,
Et pro certo extitura
Prædeterminaverit?

Obiiciunt 1. ex Aug. in lib. de artic ſibi falſo impoſitis cap 10. & ex D. Proſp. in reſponſione ad obiectiones Vincentianas.

Sed contra hæc inſurgentes,
Et impugnare nitentes
Dicunt adverſarii,
Quod ſunt patres, duo ad minus,
Proſper nempe, & Auguſtinus
Nobis hic contrarii.

Cum negarint creatorem,
Licet omnium authorem
Mala tamen opera,
Operari potuiſſe
Neque prædefiniiſſe;
Bene tamen cætera.

Solvitur obiectio.

Ad hoc ergo reſpondetur,
Quod ibi ſermo habetur
De nefando opere,
Prout tam quod de formali,
Quam quod de materiali
Habet hoc involvere

Cum

Cum de hoc ſermo habeatur
In quantum inſinuatur,
Vt id quod diſtinguitur
A bona operatione,
Cuius ſua motione
Deus author dicitur.

Ratio aſſumpti.

Et certè ſi Auguſtinus
Doctor ille Aquilinus
Ex Scripturâ aſſerit,
Quod nos ad bona operanda,
Et ad mala perpetranda
Deus inclinaverit;

Lib. de grat. & lib. arb. cap. 21.

Si (quod ob culpam malorum
Deus in cordis eorum
Tradat deſideria)
Vult quod hæc intelligantur,
Vt in malum compellantur
Divinâ potentiâ;

Lib. 5. contra Iulianum cap 3.

Et ſi Iudam ad tradendum,
Et ſanguinem effundendum
Vnde fit redemptio
Dicit Deum elegiſſe,
Et occulto decreviſſe
Sed iuſto iudicio:

De corrept. & grat. cap. 8.

O

Peccati materiale
(Cum non possit ad formale)
Quis inficiabitur
Augustinum sentiisse
Deum prædefiniisse,
Si quod supra advertitur?

Obiiciunt 1.

Sed aiunt: si quæ nectuntur,
Et taliter vniuntur,
Vt si vnum ponitur,
Hoc ipso aliud ponatur,
Sicut hoc ipso tollatur
Si aliud tollitur:

Numquid quod illud ponatur,
Vnde istud derivatur,
Qui in causa fuerit,
Istius positionis,
Sive consecutionis,
Ille causa extiterit?

Subsumunt.

Sed inter materiale
Peccati, & ipsum formale,
Tanta est connexio,
Vt positio illius
Concedatur esse istius
Certissima illatio.

Ergo

Ergo si materialis
Peccati, in quantum talis,
Causa Deus fuerit
Prædeterminatione,
Numquid & hac ratione,
Formale causaverit?

Soluitur obiectio.

Verùm si quæ sic nectuntur
In eodem reponuntur,
Et ordine, & genere;
Concedo quod causa illius,
Positionem istius
Debeat attingere:

Ratio assumpti.

Tum quia verificatur,
Quod hoc ad illud, si datur,
Naturâ consequitur;
Tum quia hac connexione,
Sub communi ratione
Vtrumque attingitur,

At verò quæ sic nectuntur,
Si in diverso reponuntur,
Et ordine, & genere,
Tunc nego quod causa illius,
Positionem istius
Debeat attingere;

Tum quia, non naturali,
Nec conſequenter cauſali
Sequelâ ſe inferunt;
Tum quia hac connexione,
Sub communi ratione,
Hæc attingi nequeunt.

Vnde generationem,
Non tamen tranſmiſſionem
Peccati originis
Cauſat Deus, quia datur
Inter hæc, & aſſignatur
Diverſitas ordinis;

Et obiecti veritatem
Attingit, non bonitatem
Intellectiva actio,
Quia, etſi identificentur
Hæc duo, tamen habentur,
Vt diverſa ratio:

Subſumo. Sed inter materiale
Peccati, & ipſum formale,
Talis eſt connexio,
Vt & ordinis ponatur,
Et generis concedatur
Inter hæc diſtinctio;

Cum

Cum ipſum materiale
Ponatur in quantum tale;
In ordine effectuum,
Ipſius vero formalis
Peccati, in quantum talis
Ordo, ſit defectuum

Ratio ſubſumpti.

Ergo ſi materialis
Peccati, in quantum talis
Cauſa Deus fuerit
Prædeterminatione,
Non tamen hac ratione
Formale cauſaverit.

Quod quidem vt declaretur
Magis, magiſque explicetur,
Placet hic arguere
Contra nobis adverſantes
Deum peccati clamantes,
Nos authorem facere.

Confirmatur ſolutio, & probatur Deum, Etſi prædeterminantem ad materiale non Tamen cauſare formale

Deus numquid eſt eorum
Omnium, & ſingulorum
Cauſa, & principium,
Quorum finis vltimatus
Eſt dictus, & appellatus
Ex conſenſu omnium?

Subſumo. Sed huius materialis
Cenſetur Deus, vt talis
Finis eſſe vltimus,
Neque tamen eſt peccati,
Vt formaliter ſpectati,
Finis cum ſit optimus?

Ergo & materialis
Cauſa eſt, in quantum talis
Ex conſenſu omnium,
Abſque eo quod ſit peccati,
Vt fomaliter ſpectati
Cauſa, vel principium:

Subſumo. Sed ipſum materiale
Non cauſat Deus, vt tale
Niſi per quid prævium;
Cum id omne quod cauſatur,
Vt poſterius ſequatur
Ad ſui principium;

Numquid ergo hinc inferendum,
Et pro certo aſſerendum
Præviè concurrere
Deum ad materiale,
Et tamen ipſum formale
Minimè attingere.

Sed

Sed qui nobis adverſantur,
Vt ſuo confodiantur
Hìc aperto gladio,
Do illis quod & formale
Cauſet vt materiale
Prædeterminatio:

Retorquentur objectio in adverſarios.

Sed nos à Deo aplicari
Docent, & determinari
Quoad individuum,
In quo ſæpe ſpeciale
Malum eſt, quod non eſt tale
In ſpecie actuum:

Subſumo.

Ergo ſi ipſum formale
Cauſat vt materiale
Prædeterminatio:
Hac vrgebit ratione,
In horum opinione
Prædicta obiectio.

Addunt, quod homo formale
Cauſat, ſi materiale
Attingit cauſaliter;
Numquid ergo, id affirmandum
De Deo, & Philoſophandum
De illo ſimiliter.

Objiciunt 3.

Solvitur objectio. Verùm id affirmaretur,
Si à Deo attingeretur,
Quod ab ipſo attingitur
Modo nedùm effectivo,
Sed etiam defectivo,
Vt de nobis dicitur.

Nos enim materiale
Attingendo, & formale
Hoc ipſo attingimus,
Quia cum legi ſubdamur,
Nec ei tunc obſequamur,
A lege deficimus;

Subſumo. Sed Deus, cum non ſubdatur
Legi, ſed magis dicatur
Lex ipſa, & iuſtitia,
Nequit eſſe defectiva,
Sed dumtaxat effectiva
Eius attingentia:

Ergo etſi homo formale
Cauſet ſi materiale
Attingit cauſaliter,
Non tamen id affirmandum
De Deo, aut Philoſophandum
De illo ſimiliter.

Sed

Sed vrgent : ſi non directè
Numquid ſaltem indirectè
Formale attingeret ;
Cum id ex quo ſequeretur ,
Nedùm non impediretur ,
Sed Deus hoc poneret.

Objiciunt 4.

Ad hoc ergo reſpondetur ,
Quod ſi Deus teneretur
Præfatum non ponere ,
Eſto quod , ſi non directè ,
Diceretur indirectè
Formale attingere :

Si autem non teneatur
Quo illud impediatur
Præbere auxilium ,
Tunc nego quod indirectum
Evadat , neque directum
Formale principium ;

Ex D. Th. 1.2.q.79. art. 1.

Sicut huic non imputatur
(Etſi non impediatur)
Hominis ſubmerſio ,
Niſi tunc quā teneatur
Impedire nè mergatur ;
Adſit obligatio ;

Idem ibidem.

Subsumi. Sed quod Deus teneatur
Impedire, ne ponatur
Id vnde culpa oritur,
Hoc communiter negatur,
Et vt falsum reputatur,
A quocumque expenditur:

Ratio sub-sumpti. Causa namque vniversalis
Debet, quandoque vt talis
Defectus permittere,
Cum hæc potens sit majora,
Atque vniversaliora
Hinc bona educere:

Ergo sicut non directè,
Ita neque indirectè
Formale attingeret,
Licet ex quo sequeretur,
Nedùm non impediretur
Sed Deus id poneret.

Objiciunt 5. Sed dices: Numquid sequetur
Quod in malorum lætetur
Deus infortunio,
Si ad id vnde culpantur,
Et vnde fortè damnantur,
Ponatur præmotio.

Verùm

Verùm ita ſequeretur, *Solvitur objectio.*
Si quis ſic præmoveretur,
Quaſi Deus ſiſteret
In huius præmotione
Ita quod hac ratione,
Præmovere intenderet:

At amabo recordare,
Deum ſic determinare,
Vt poſſit oſtendere
Iuſtitiam punitivam,
Suique vindicativam,
Manifeſtam facere:

Non ergo in perditione,
Sed in ſui oſtenſione,
Deus hinc lætabitur;
Sicut lætabitur iuſtus,
Cùm quâ punitur injuſtus, *Pſal. 57.*
Vindictam intuebitur.

Dicunt demùm quod peccatum, *Objicitur 6.*
Vt formaliter ſpectatum
Deus verè attingeret,
Si moraliter moveret,
Sive ſi perſuaderet
Alicui, vt faceret:

Subsumunt. Atqui physicè movendo,
Et præviè concurrendo
Movet vehementiùs;
Et moraliter moventi
Quam physicè præmoventi,
Resisto facilius;

Numquid ergo ad peccatum,
Vt formaliter spectatum
Deus tunc concurreret,
Sic physicè præmovendo,
Cum moraliter movendo,
Illud sic attingeret.

Solvitur obiectio. Ad hoc ergo respondendo,
Dico, quod licet loquendo
De concursu prævio
Sit efficacia major,
Ejusdem tamen est minor
Hac in re extensio;

Ita quod, etsi intensivè
Sit fortior, extensivè
Est morali strictior,
Quia non omnia attingit
Ad quæ moralis pertingit,
Quamvis efficacior.

Quod

Quod quidem vt demonstretur, *Adducitur ratio solutionis.*
Quæro ergo nùm fundetur
Physica præmotio
In activitate agentis,
Ita quod actus moventis
Sit movendi ratio:

Atqui actus non pertingit, *Subsumo.*
Nec activitas attingit,
Nisi id quod efficit;
Subindeque in effectu
Præscindit hæc à defectu
In quo solùm deficit:

Ergo ad materiale,
In quantum ens actuale
Physica præmotio
Licet de facto extendatur,
Non tamen ideò datur
Ad formale extensio.

Iam verò si inquiratur, *Probatur altera pars solutionis, quod scilicet motio moralis extendi debeat ad defectum.*
In quo præcisè ponatur
Moralis hæc motio,
Numquid aiunt, quod ponatur
In eo quod proponatur
Objecti fruitio?

Sed

Sed objectum quo movemur
Allicimur, ſuademur
Ad aliquid noxium,
Eſt in ſe defectuoſum,
Nec poteſt non eſſe exoſum
Vt ad malum pervium:

Numquid ergo ad defectum,
Quæ comitatur effectum,
Debet ſe extendere
Illa motio moralis,
Quæ debet in quantum talis
Objectum proponere?

Eſto ergo quod peccatum,
Vt formaliter ſpectatum,
Deus verè attingeret,
Si moraliter moveret,
Sive ſi perſuaderet
Alicui vt faceret:

Eſto quod ſic præmovendo,
Et phyſicè concurrendo
Moveat potentius,
Et moraliter moventi,
Quam phyſicè præmoventi
Reſiſtam facilius;

Cum tamen, etsi intensivè
Sit fortior, extensivè
Sit morali strictior,
Quia non omnia attingit,
Ad quæ moralis pertingit
Quamvis vehementior:

Numquid falsum, quod peccatum,
Vt formaliter spectatum,
Deus tunc attingeret
Physica præmotione,
Si morali motione
Ad illud pertingeret.

QVÆSTIO VLTIMA.

Vtrum quinque propositiones fuerint à summo Pontifice Innoc. X. damnatæ juxta Doctrinam D. Thomæ.

PROPOSITIO I.

Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus secundum præsentes quas habent vires, sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, qua præcepta possibilia fiant.

Resolutio. Vis à Thoma profligatum
Dictum illud, & damnatũ
Asserere respuit,
Qui anathematisari,
Qui audet talia fari
Probavit, & docuit:

In 2. Sent. dist. 28. art. 3.

Qui

Qui Deum nos obligare
Ad aliquid, quod præstare
Qui debet non poterit,
Dicit non esse æstimandum,
Cum non sit Deo imputandum
Quod crudelis fuerit:

In 2. dist. 28. art. 3. in secundo argum. sed contr.

Qui ait, quod vt servetur
Id quod à Deo jubetur,
Non est impossibile;
Addens quod nullus tenetur,
Nisi in quantum quod iubetur
Fit sibi possibile:

Quæst. 14 de Verit. art. 1. ad 1.

Quodlib. 2. art. 6.

Qui vult quod corripiatur
Homo, si non impleatur
Omne quod præcipitur,
Quia nisi neglexisset
Hic gratiam accepisset
Qua si vult implebitur:

Quæst. 24. de Verit. art. 14. ad 2.

Qui circa præcipienda
Vult hæc esse perpendenda,
In quovis sint genere,
Scilicet præcipiendi
Finem, tum vires implendi
Id quod vis præcipere:

Quodlib. 7. art. 17. ad 3.

Qui

12. Qu. 105. art. 4.

Qui quod gratiâ impleri
Poteſt, dicit non cenſeri,
Omnino impoſſibile;
Nullique ex ſe denegari
Gratiam, ſed præparari,
Vt quid cunctis dabile:

In cap. 12. Epiſt. ad Heb. lect. 3.

Qui vult ad Deum attinere,
De ſalute providere;
Ita vt provideat
Cuivis circa requiſita,
Et neceſſaria dicta,
Modo non impediat:

Quæſt. 14. de verit. art. 11. ad 1.

Quid demùm affirmat dari
Quantum de ſe, ſeu parari
Lege nova auxilium,
Quod ſufficiens vocamus,
Quia potenter vitamus
Quod vis per hoc vitium.

12. Qu. 106. art. 2. ad 2.

Iam ergo à Thomâ Negatum
Dictum illud, & damnatum,
Quis credere reſpuit,
Qui, quod ei contradicit,
Et ita expreſsè,
Et toties docuit.

PROP.

PROPOSITIO II.

Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ numquam resistitur.

Resolutio.

NVmquid dictum hoc negasse
Diuum Thomā, & damnasse,
Erit dictu licitum,
Iuxta quem, quis resistendo
Dicitur, ac renitendo
Extinguere spiritum?

In 1. ad Thessalonic cap. 5. lect. 2.

Iuxta quem debet humanæ
Voluntati, non diuinæ
Tribui defectui
Quod peccata committamus,
Eo quod hac resistamus
Diuino spiritui.

In 1. ad Chorint. cap. 12. lect. 1.

Iuxta quam gratia data,
In illo cui est collata
In vanum recipitur,
Cum hic ad culpam vitandam,
Et gloriam comparandam,
Perceptâ non vtitur.

In 2. Corinth. cap. lect. 2.

Demùm

3. P. Qu. 69. art. 8. ad 2.

Demùm iuxta quem æquali
Stante gratiâ, in tali
Vnus magis proficit,
Dum alius negligendo,
Sive vſum reſpuendo,
Huic gratiæ deficit.

Si ergo quod reſiſtamus,
Non vtamur, extinguamus
Eſt à Thoma appoſitum,
Numquid Thomam reprobaſſe
Dictum illud & damnaſſe
Erit dictu licitum?

PROPOSITIO III.

Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas à neceſſitate, ſed ſufficit libertas à Coactione.

Reſolutio.

HOc à Thomâ reprobatum
Proſcriptũ, atque damnatum,
Quis negare poterit;
Cum ferri ex neceſſitae
Voluntatem, aut coactè
Dicentes damnaverit;

Qu. 6. de malo.

Cum

Cum omnium neget ore,
Hoc meritorium fore,
Aut demeritorium,
Si dicas necessitari,
Vt non possit hoc vitari,
Aut agi contrarium;

Quæst. 6. de malo.

Cum dicat quod libertate
Caret, si ex necessitate
Aliquis impellitur,
Quod tamen experimento,
Et omnium documento,
Falsum esse ostenditur;

Qu. 24. de verit. art. 12.

Cum dicat necessitatem,
Gratiam in voluntatem
Minimè inducere;
Sed qui gratiâ juvatur
Cum, si velit non vtatur
Potest & deficere;

1. p. Qu. 6. 2. art. 3. ad 2.

Cum, cur ad diuersa ferri
Possit homo, seu moveri
Libero iudicio,
Rationem assignarit,
Eo quod non iudicarit
Instinctus, sed ratio:

1. P. Qu. 83. art. 1.

Si

Si ergo talia fatur,
Numquid inde demonstratur
Doctorem Angelicum,
Dictum illud respuisse,
Damnasse, est proscripsisse
Veluti hæreticum.

PROPOSITIO IV.

Semipelagiani admittebant præuenientis gratiæ necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium Fidei; & in hoc erant hæretici quod vellent gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare.

Resolutio. NOstram posse voluntatem,
Per natiuam Libertatem
Gratiæ resistere,
Numquid à Thomâ affirmatur,
Quod lib. 1 art. 7. ad. 2. Qui legitur, & citatur
Hoc expressè asserere?

Qui

Qui, cum omne moveatur,
Modo quo desideratur,
Vult quod Dei motio
(Si ad hominem terminetur)
Liberè participetur,
Et non necessario.

Idem ibidem.

Qui Deum in voluntate,
Vt hanc de necessitate
Ad hoc vnum moveat,
Negat ita se habere;
Licet Deum sic movere
Naturam oporteat.

Quæst. 3. de pot. art. 7.

Qui Deum determinare
Vult, sed non necessitare
Hominum arbitria,
Quia ad multa comparatur
Voluntas & terminatur
Cum indifferentia.

Numquid ergo improbatur
A divo Thoma, & negatur
Dicta propositio,
A quo sic insinuatur,
Et toties affirmatur
Opposita assertio.

PROP.

PROPOSITIO V.

Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse aut sanguinem fudisse.

Resolutio. QVIS demùm, & hoc damnasse
Divum Thomam, & negasse
Negare ausus fuerit;
Cum ad omnium salutem,
Christi sanguinis virtutem,
Pretiumque extenderit.

In 1. ad Timoth. 2. Lect. 1.

Cum per Christi passionem,
Omnium remissionem,
Quoad sufficientiam
Peccatorum affirmarit,
Quamvis eorum negarit
Quoad efficaciam.

In 3. Dist. 19. q. 1. art. 1. ad 2. quæst.

Cum, quod quis non reparetur,
Dicat quod hoc non habetur
Insufficientiâ
Medicinæ reparantis,
Sed ipsius ægrotantis
Defectu, & malitiâ.

In 3. dist. 20 q. 1. art. 1. ad 1 quæst.

Cum

Cum Domini Paſſione,
Vt communi ratione,
Velit cælum omnibus
Apertum eſſe, & fuiſſe,
Et hoc Chriſtum mæruiſſe
Singulis hominibus.

3. Qu. 39. art. 5. ad 3.

Cum nedùm ſufficientem,
Sed & ſuper excedentem,
Ad humani generis
Peccati remiſſionem,
Dicat Chriſti Paſſionem
Vt videre poteris.

3. P. Qu. 48. art. 2.

FINIS.

ERRATA.

PAGINA 6. linea 1. ad hoc, lege ab hoc. pag. 13. lin. 22. quo, leg. quod. pag. 17. lin. 5. denegati, leg. denegari. pag. 17. lin. 9. petenti, leg. petendi. pag. 17. lin. 15. dum, leg. cum. pag. 18. lin. 6. indignerint, leg. indiguerint. pag. 23. lin. 23. arguitur, leg. arguatur, pag. 26. lin. 16. moveri, leg. moneri. pag. 29. lin. 7. moveri, leg. moneri. pag. 42. lin. 18. efficiunt, leg. officiunt. page 63. linea 4. quem, lege quin. pag. 70. lin. 10. quantumque, leg. quantum. pag 89. lin. 19. noſcent, leg. noſcens, pag 91. lin 8. abſcriptum, leg adſcriptum. pag. 94. lin. 14. petitur, leg. potitur. pag. 97. lin. 6. raucida, leg. rancida. pag. 99. lin. 20. quo cauſatur, leg. quod cauſatur. pag. 103. lin. 16. procedens, leg. præcedens. pag. 104. lin. 1. quia, lege nam ſi. pag. 107. lin. 17. ille, leg. illa. pag. 109. cauſatur, leg. cauſetur. pag. 110. lin. 18. in actu, leg in actum. pag. 114. lin. 19. ſit, lege ſi. pag 125. lin. 1. & leg. ex. pag. 168. lin. 4. vtrum, leg. vt cum. pag. 196. lin. 4. gratiæ, leg. gratia. pag. 228. lin. 2. cum &, leg. cur ſit. pag. 251. linea 4. convertamus, leg. convertamur. pag. 254. lin. 14. qui, leg. quid. p. 259. lin. 11. ab leg. ad, pag. 258. linea 5. ſuavis, leg. ſuavi.